VITT

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8/11
26 K
33

D

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

71
1019-36.
10 12
6 6
34 9

dC

Digitized by Google

CONCIONATOR EXTEMPORALIS,

Ex Pſalmis,

SIVE

IN OMNES DOMINICAS, AC FESTA TOTIUS ANNI PRO CONCIONIBUS MATERIÆ, ET DIGESTA PUNCTA EX QUATUOR PARTIBUS,

FAVI SEU MEDULLÆ DAVIDICÆ,

ITA UT

NULLO LIBRO ALIO MAGNOPERE SIT OPUS PRO CONCIONE BREVI TEMPORE ELABORANDA,

Per modum Indicis pro Concionatoribus, dictis quatuor partibus adjectus.

AUTHORE

R. P. GEORGIO MENTZIO, Soc. Ieſu, SS. Theologiæ Doctore, & in Ottonianâ Bambergenſium Academiâ Cancellario, Sacrorumque Canonum Profeſſore ordinario.

FULDÆ,

Cum permiſſu Superiorum.

Imprimebat MARCUS BLOS, Typographus Fuldenſis, Anno M. DC. LXX.

Digitized by Google

AD ORATORES CHRISTIANOS, SEU CONCIONATORES.

QVisquis horum nomine, & numero dignè cenſeri amas, hoc tibi perſuaſum habe: Animos tibi Auditorum tuorum ſolidis materiis, & ex Sacrâ Scripturâ atque P. P. depromptis rationibus paſcendos, & commovendos magis eſſe, quàm aut hiſtoriolis, aut humanis rationibus, aut peregrinis inventionibus, ac conceptibus aures demulcendas; Iſta enim ex Sacrorum oraculorum pharetrâ deprompta tela ſunt velut mallei, qui, ut Elias de Spiritu tranſeuntis DEI grandi, & forti loquitur: *ſubvertant montes, & conterant petras ante Dominum*, 3.Reg.19,11.

Aliæ verò humanæ ratiunculæ, & Rhetorculorum Schemata, leviter aërem tantùm verberant, aureſq; titillant. Porrò ex his divinis Scripturis locum facilè principem obtinent Pſalmi, in quibus Spiritus S. myſteria legis Evangelicæ ita diſtinctè per Davidem quaſi ea jam facta ſpectaſſet, aut legiſſet, intelligentiæ noſtræ proponit; ita ardenter ex propoſitis ad amorem, & timorem DEI, omnemq; virtutem Chriſtianam animos impellit, ut meritò hanc Scripturam Eccleſia præ ceteris omnibus quotidiè legendam, ac decan-

tandam privatim ac publicè ſuis Sacrorum adminiſtris, & Clericis demandare voluerit. Ex quâ idcirco Conciones ad populum fieri magnô non ſolùm fructu auditorum, ſed inſigni compendio etiam Concionatorum nemo negaverit; dum ea, quæ quotidiè ore verſant, & memoriæ faciliùs occurrunt, & ab intellectu magis penetrantur toties repetita, & cum devotione, ardoreq; pietatis aſſiduè ruminata affectum teneriorem, ardentioremq;, ipſis primùm in Concionatoribus (quod fundamentum eſt) excitant, tum deinde etiam per eos in animis Auditorum: niſi Pſittacorum more hæc divina Carmina à dictis ſacrorum adminiſtris ſine intelligentiâ, & devotionis affectu recitari dixerimus, ut illa DEI querimonia ijs apprimè conveniat: *hic populus me labijs tantum honorat.*

Hæc cauſa me impluit, ut 4. partes meditationum in pſalmos, & officij divini cantica cetera ſub nomine *Favi diſtillantis*, ſeu *medullæ Davidicæ* conſcriberem, quibus paſtores animarum concharum, non Canalium ſimiles, ut monet S. Bern. primùm proprias animas paſcerent, & deinde etiam animas commiſſorum ſibi auditorum; commoverentq; efficaciter. Nec enim difficile eſt illi alios movere, qui ſe ipſum commovit prius. Nam ceteri motus, affectus affectati ſcenici magis, & theatrales quàm ſolidi, & genuini ſunt.

Verùm quia partim hoc ævo noſtro ita concionaturiunt omnia, ut quicquid hoc titulo *Concionum* rubricatum non prodit, mox faſtidiatur. Partim meditandi tum nomen, tum methodus inſolitum quid & pene monſtro ſimile multis videtur:

detur: Vt horum ergo genio, & ingenio, me quoq; accommodarem per hoc adjectitium opuſculum oſtendere in praxi volui, quod in primâ fronte libri, ſeu titulo primæ partis monui: meditationes illas non minus pro Concionibus deſervire: atque ad ipſum per paradigmata quædam manuducere propoſitis in ſingula Dominicarum, feſtorumq; Evangelia materiis, ac punctis diſtributis, ita ut quisquis benè ante meditata pſalmorum carmina habet cum magnâ tum facilitate, compendioq; ſuo, tum ſolido, eximioq; Auditorum ſuorum fructu, & ſolatio ex ſuggeſtu Verba facere, aut quâcunque in concione exhortari populum Chriſtianum poſſit, eique quadrare illud pervulgatum:

Extemporalis factus eſt meus Rhetor.

Multò quidem mihi facilius foret meditationes pſalmorum in Conciones commutare, quàm fuerit ipſos pſalmos in meditationum formam concinnare, in quibus non parum difficile extitit & ſcopum unum invenire, ad quem cetera omnia dirigerem, ne ſcopæ diſſolutæ videri poſſent, ſacri Pſalmorum hymni, & juxta methodum, artemq; meditandi illa in puncta digerere, & punctis aptos affectus ſubjicere, & denique quintam quaſi eſſentiam ex illis eliquare, ac recapitulata omnia in oratiunculam unam colligere. Verùm iſtâ operâ opus non eſſe mihi perſuaſi, ſatiusq; judicavi per hoc adjectitium opuſculum intento digito quaſi commonſtrare modum id faciendi, ſecutus conſilium Sancti Spiritûs, Proverb. 9. *Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia.*

Tu fruere iſto conatu meo, Lector, & pro me DEUM interpella.

CONCIONATORIS EXTEMPORALIS

EX PSALMIS,

PARS PRIMA

In

EVANGELIA

Dominicarum, & ſolenniorum Feſtorum mobilium.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS.

Ex Evang. Matth. 21.

(juxta Eccleſiam Gallicanam.)

Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 13.

De adventu Salvatoris Chriſti ad reparandam naturam humanam per peccatum corruptam.

DUplicem adventum Chriſti proponit fidelibus Eccleſia, ut eos excitet ad DEI cultum, timorem, & gratitudinem. Alterum per Incarnationem aſſumpto corpore, alterum ad judicium in fine mundi; primum amabilem, manſuetum, miſericordem: *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Secundum formidabilem & majeſtatis plenum; de quo in officiis divinis Miſſæ & Ho-

& Horarum, & poſt octiduum etiam in Concionibus: de primo hodie, juxta ordinem Eccleſiæ Gallicanæ paſſim uſitatum.

Quam porrò primus manſuetus, & miſericors fuerit, & omni gratiarum actione dignus, declaratur ex præcipuâ ratione illâ, quod per eum humana noſtra natura per peccatum deſtructa, ſit reparata. Quam rationem Vates Regius perquàm graphicè deſcribit, Pſal. 13. depingens miſerum ſtatum, in quo tunc orbis, & hominum natura obruta peccatis jacebat; primò in genere v. 1. 2. 3 4. part. 1. pag. 73. & 74. Secundò in particulari, percurrens præcipua genera peccatorum oris, & operum v. 5. 6. 7. pag. 75. ead. par. Tertiò horum unicum remedium Incarnationem Chriſti, ejusque adventum ex infinitâ DEI miſericordiâ proviſum fuiſſe v. 8. pag. 76. Quartò duos ex hoc beneficio affectus elicit, qui & excitandi à nobis ſunt: alter deſiderij, & ſuſpirationis ad Chriſtum Liberatorem ex his malis v. 11. alter gaudii, & gratiarum actionis de libertate ab ijsdem malis per Chriſtum comparata. verſ. eod. pag. 78. Ex quibus Epilogus deduci poteſt cum exhortatione ad deſiderandum Chriſtum liberatorem noſtrum.

PRO EADEM DOMINICA,

ex eodem Evangelio.

O ſanna filio David! Benedictus qui venit in nomine Domini.

CONCIO II.

Ex Pſal. 19.

Fauſtæ acclamationes Chriſto Regi Venturo per Incarnationem.

Fidelibus animis faciendæ exemplo populi Chriſti ingreſſum in Hieroſolymam fauſtis acclamationibus proſequentis, & Romanorum olim triumphantibus acclamantium; Chriſtianis etenim Adventum Chriſti in mundum, ad illum reſtaurandum, & ſalvandum, meritò illis verbis, & apprecationibus pio affectu proſequuntur

tur

tur, quibus ante mille annos David ex S. Spiritûs inſtinctu velut præco voce, exemplo, & affectu inter eos, *qui præcedebant* juxta textum Evangelii præivit; & nos inter eos *qui ſequebantur* computandi ejus exemplum ſubſequi debemus. Illas porrò acclamationes, & vota latè explicat medit. 20. in Pſalm. 19. pag. 118. 119. & 120.

Huc accedunt materiæ ſequentes, quæ eâdem Dominicâ tractari poſſunt.

In eadem verba.

Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus*, vel *Benedictus qui venit.

1. Chriſti regnum; amplitudo, fundamentum, forma, finis &c. p. 1. pag. 13.
2. Decretum Incarnationis & Redemptionis humanæ ex merâ miſericordiâ DEI. part. 2. p. 286. & ſequentibus.
3. Ejusdem ingentia bona in genus humanum. ibidem.
4. Deprecatio ad Deum Davidis in perſonâ mundi pro accelerandâ Incarnatione, ob illius effectus & fructus ibid. p. 288. & ſeqq.
5. Abſcondita myſteria, & admiranda beneficia Incarnationis à S. Spiritu S. Davidi revelata. ibid. p. 290, & ſequentibus.
6. Modus quo Myſterium Incarnationis decretum in arcano conſilio Sanctiſſimæ Trinitatis ibid. p. 293. & ſeq.
7. Executio myſterij Incarnationis, ejusque fructus ibidem pag. 295.
8. Adventus Chriſti in mundum propoſiti & finis, qui eſt abrogatio Legis Veteris, & Legis Novæ Evangelicæ ſubſtitutio. Ex Pſ. 49. à pag. 412. usque ad pag. 414.
9. Item Canticum miſericordiæ ob promiſſum Salvatorem cum quiritu de delato illius in tot malis adventu. Ex Pſ. 88 medit. 90.
10. Item luctus ob effectus undecim valdè ærumnoſos peccati Adami cum imploratione remedii ex Pſ. 89. p. 2. med. 91. p. 247.

DO-

DOMINICA SECVNDA ADVENTVS.
Ex Evangelio Luc. 21.

Erunt ſigna in Sole, & Lunâ, & Stellis, quod juxta ritum Romanum etiam Dominicâ primâ legitur.

CONCIO PRIMA.
Ex Pſal. 49.

De duplici CHRISTI adventu, præſertim ad Judicium extremum.

PArte primâ hujus Concionis uterque adventus, ejusque Solennitates, quæ comparantur inter ſe à Davide, & octo recenſentur puncto primo medit. 52. afferri poſſunt à pag. 405. usque ad p. 412. Alterâ parte declaratur propoſitio in adventu ſecundo, ſeu extremo Judicio facienda à Chriſto Judice fidelibus peccatoribus, præſertim cum adhortatione ad vitam meliorem. Pro epilogo v. 23. puncto tertio ejusd. med. à pag. 415. usque ad pag. 417.

PRO EADEM DOMINICA SECVNDA ADVENTUS.
Ex eodem Evangelio Luc. 21.

His fieri incipientibus reſpicite, & levate capita veſtra.

CONCIO SECUNDA.
Ex Pſal. 74.

Ob judicium extremum à Chriſto prædictum & deſcriptum exhortatio Davidica ad pœnitentiam, in quo timendam impijs, gaudendum pijs.

DAvid Concionator artificio oratorio, & eloquentiâ à Spiritu S. hauſtis hanc parænesin, ſeu adhortationem perelegantem ad pœnitentiam & timorem DEI concinnavit. Pſ. 74. hâc methodo.

Primâ parte DEUM inducit prænunciantem ſuum Judicium exactum, & ſe verum, v. 2. part. 2. pag. 201.

Secundâ verò ex hujus veritatis conſideratione Deiq; juſtitiâ, & vindictâ in peccatores hortatur ad reſipiſcentiam, v. 4. 5. 6. 7. 8. pag. 202.

Denique addit hoc Judicium peccatoribus durum & formidandum, juſtis ſolatio fore ob præmium, & gloriam ſecuturam. v. 10. pag. 203.

Quam utiliſſimam methodum, & Concionem Davidicam Orator Chriſtianus ſequi poteſt. Servient etiam

1. Quæ de eodem adventu Chriſti habentur, part. 3. p. 414. & 415.

Item 2. quæ eadem parte pag. 416. 417. & ſequentibus, ubi ſigna antecedentia hujus adventus referuntur.

Item 3. quæ habentur, part. 1. p. 9. de Impiorum ſtatu miſero in extremo judicio.

Item 4. quæ part. 3. pag. 419. & ſeqq. habentur, ubi apparatus adventûs & Judicii deſcribuntur. Juxta conc. ſeq.

DE EADEM DOMINICA SECVNDA ADVENTVS.

Ex eodem Evang. Luc. 21.

Videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magnâ & majeſtate.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 96.

De adventu Chriſti ad judicium.

DEſcribitur hoc Pſ. 1. Adventus Chriſti ſecundus quadrifariam, v. 1. 2. 3. 4. vid. punct. 1. medit. in hunc Pſ. part. 2. pag. 416. & ſeq.

2. Ipſum judicium, item & ſententia Chriſti Judicis ex variis circumſtantiis, v. 6. 7. 8. 9. 10. ibid. pag. 419.

3. Deducitur conſequentia practica ex dictis, ibid. pag. 422.

4. Clauſula hortatoria additur, v. 11. 12. 13. ibid.

Ex

Ex eiſdem verbis.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 81.

Contra injuſtos Judices appellatio ad Judicem Chriſtum.

HOc Pſalmo inducitur ſummus Judex DEUS inferiores judices commonere officii, & injuſtitiæ conſciis acriter minari, cum appellatione ad Judicem Chriſtum venturum.

Utilis cohortatio contra Magiſtratus, & Principes Juſtitiam non curantes. Eodem facit Pſal. 57. continens iniquorum reprehenſionem, & divinam in eos vindictam.

PRO EADEM DOMINICA.

TImendum Judicium DEI non ſolum Impiis, ſed etiam Juſtis 3. part. pag. 543. & ſeqq.

Timoris illius petitio ead. part. 3. pag. 357. & ſeqq.

DOMINICA TERTIA ADVENTUS.

Ex Evang. Matth. 11.

Tu es, qui venturus es, an alium expectamus.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. *66*.

Deſiderium adventûs Chriſti tum in mundum, tum in animam.

MAgnum deſiderium Patrum antiquorum fuit adventûs Chriſti in mundum, quod miſerum ſtatum ſuum, & totius generis humani cognoſcerent, unde David miſericordiam DEI implorat non immeritò Pſ. *66*. qui ex omnium ſententiâ de adventu Meſſiæ ſcriptus eſt, ex quo tria poſſunt proponi:

1. Quale fuerit, & quam ardens deſiderium Davidis, & Patrum Veteris Teſtamenti ex v. 1. & 2. punct. 1. med. *68*. pag. 120. part. 2.
2. Exponuntur cauſæ, & motiva hujus deſiderii, v. 3. 4. 5. 9. 7. ex puncto ſecundo citatæ meditationis.

3. Pia poſtulatio Davidis ad DEUM pro hoc beneficio accelerando v. 8. p. 3. medit. citatæ.
4. Accommodantur hæc adventui ſpirituali DEI per gratiam in animas noſtras. Senſu morali tribus punctis meditationis dictæ.

PRO EADEM DOMINICA TERTIA ADVENTUS.

Ex eodem Evang.

Euntes renunciate Johanni, quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident &c.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 84.

Chriſti adventus non ſolùm in animas, ſed etiam in corpora noſtra præclara commoda.

PRimum quoad animum eſt pax tum inter DEUM, & homines, tum inter ſe ipſos v. 9. p. 290. & ſeqq. ejusdem pacis conſequendæ ratio. pag. 293. ejusdem gradus. nec non aliæ gratiæ ſpirituales ibid.

Secundum quoad corpora hominum varia beneficia, & miracula, quæ quoad corpus Chriſtus variis contulit, & confert. ibid. p. 293. Cæci vident, claudi ambulant, &c.

PRO EADEM DOMINICA TERTIA ADVENTUS.

Ex eodem Evang. Matth. 11.

Joannes in vinculis.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 34.

Paradigma, & exemplar perfectæ patientiæ viri juſti in afflictionibus.

HOc exhibet David vel in ſe ſenſu lit. vel in Chriſto ſenſu morali, vel in quocunque viro juſto ſenſu morali qui S. Joanni innocenter

Digitized by Google

centèr in vincula conjecto aptari poteſt à v. 13. ad v. 17. & Chriſtianis omnibus proponi in perſecutionibus hoſtium, & afflictionibus imitandum. Adde

1. De eâdem patientiâ, ejusque fundamento, reſignatione ſcilicet in DEI voluntatem, quæ Sancto Joanni in vinculis, & cuivis viro juſto convenire poſſunt. Ex Pſ. 61. v. 5. novem primos explicatos med. 63. part. 2. pag. 79. documenta moralia eximia.
2. Quam pretioſum, & glorioſum ſit mori pro DEO, & cur p. 3. pag. 247.
3. His oſtendit S. Joannes non fuiſſe ſe arundinem vento agitatam, quam laudem ei dedit Chriſtus. ead. part. p. 317.
4. Ibidem etiam explicantur vincula ſeu funes peccatorum quibus circumplectuntur.
5. Item cur DEUS permittat innocentes, & amicos ſuos injuſtè à peccatoribus opprimi. p. 2. pag. 180.
6. Item pati pro DEO proprium eſſe filiorum DEI chariſſimorum, & divinæ prædeſtinationis effectum. ibid. p. 205. 285. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA TERTIA ADVENTUS.

Ex eodem Evang.

Pauperes Evangelizantur.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſ. 106. pag. 164. & ſeq. item ex Pſ. 71. part. 2. p. 171.

UBi effectus adventûs Chriſti ſolatium, exaltatio, & vindicatio pauperum eſſe oſtenditur.

Item in verba ejusd. Evang.

Joannes in vinculis.

1. Pati & mori pro Chriſto glorioſum, cur? part. 3. pag. 247.
2. Juſtis non eſt timenda Potentia impiorum magnatum exemplo S. Joannis in vinculis ex Pſ. 48. v. 17. & ſeqq. part. 1. pag. 402.

 3. Item

3. Item exemplo Joannis in vinculis qui ad Chriſtum miſit diſcipulos, recurrendum ad DEUM in afflictione animæ Chriſtianæ cujus modus docetur à David, Pſ. 85. pag. 303.

4. Item Juſtorum (cum S. Joanne) ab impiis oppreſſorum ex ſua oppreſſione præclari fructus parte ſecunda, pag. 12.

DOMINICA QVARTA ADVENTVS.

Ex Evang. Joan. 1.

Tu quis es?

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 8.

Quanta ſit hominis dignitas ad finem ſupernaturalem procreati.

EAm quaſi in extaſim raptus demiratur 1. David v. 1. & 2. poſt deſcribit, à v. 3. ad 8. conſiderato fine illius, & mediis ad hunc finem conſequendum illi à DEO datis. Denique iterum cum admiratione exclamat: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis &c. part. 1. pag. 45.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang. iisdemque verbis.

Tu quis es?

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 101.

De vilitate conditionis humanæ per peccatum præſertim læſæ.

EAm ſeu miſerum ſtatum ſuum, vel cujuscunq; hominis præſertim peccatoris S. David oculis ſubjicit per varias explicatum ſimilitudines fumi, cremii, fœni, Pelicani, nycticoracis, paſſeris &c. à v. 4. usq; ad 9. vide part. 3. med. 104. punct. 1. pag. 3. & ſeqq.

1. Hominis vita flori comparata, & cur? part. 3. pag. 63.
2. Quam ſit brevis, & mutabilis. ibid.
3. Hominum quanta ſit fragilitas, & fragilitatis egeſtas, ſeu indigentiæ quanta cæcitas, & mentis obnubilatio. part. 3. p. 152. & ſeq.

4. Item

4. Item quid homo ſecundum corpus. Ex S. Auguſt. Soliloq. cap. 2. " Quid ſum ego? ego cadaver putridum, eſca vermium, vas " fœtidum, cibus ignium. Quid ſum ego, qui loquor tecum? " homo natus de muliere brevi vivens tempore, repletus multis " miſeriis, homo vanitati ſimilis, comparatus cum jumentis in- " ſipientibus, & ſimilis factus illis. Quid iterum ego? vas ſter- " quilinii, concha putredinis, plenus fœtore, & horrore. "

Item quid ſecundum animam ex eod. ib. abyſſus tenebrarum, terra " miſera, filius iræ, vas aptum in contumeliam, genitus per im- " munditiam, vivens in miſeriâ, moriturus in anguſtiâ. "

Cæcus, pauper, nudus, plurimis neceſſitatibus ſubditus, & igno- " rans introitum, & exitum meum, miſer, & mortalis. Cujus " dies ſicut umbra prætereunt, cujus vita ſicut umbra lunatica " evaneſcit, ſicut flos in arbore marceſcit, vita fragilis, vita " caduca, quæ quantò magis creſcit, tantò magis decreſcit " quantò magis procedit, tantò magis ad mortem accedit, vitæ " fallax, umbratica, plena laqueis mortis. Nunc gaudeo, ſta- " ſtim triſtor, nunc vigeo, mox infirmor, nunc vivo, ſtatim mo- " rior, nunc rideo, mox fleo. "

Hinc timor, hinc tremor, hinc fames, hinc calor, hinc frigus &c. ſubſequitur his importuna mors, &c. *Tu quis es?*

Et quia ex ignorantiâ ſui ſuperbia oritur, de hâc videri poſſunt quæ habentur, 1. part. p. 285. & part. 2. p. 464. 475. 476.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Confeſſus eſt, & non negavit.

Quibus addi poſſunt quæ in Pſ 99. habentur p. 2. pag. 347. & ſeq.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 31.

Conciones bonæ confeſſionis.

UT ſit humilis, doloroſa, verecunda, vara, ſincera, candida, aperta, integra, exemplo Davidis, prim. part. p. 443. & ſeq.

Confeſſionis hujus effectus, & fructus ibid. p. 445. & 450. ſervient ad hæc præterea.

ALI-

ALIQVIBVS NOTANDVM IN DIÆCESIBVS, ET ECCLESIIS PRO DOMINICA QUARTA ADVENTUS legi Evangelium Luc. 3. juxta ritum Roman. ex quo in hæc verba:

Prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 6.

De dignis fructibus, & effectibus pœnitentiæ.

PRimâ parte pœnitentiæ actus, & media afferuntur v. 1. & 2. med. 6. punct. 1. & 2. pag. 36. part. 1.

Parte ſecundâ 5. motiva, & argumenta ad DEUM placandum, & propitium nobis reddendum proferuntur oratione ad DEUM directâ, à v. 2. ad 7. punct. 2. pag. 36. & ſeqq. ib.

Tertiâ parte recenſentur præclari pœnitentiæ fructus, quos S. David in ſe expertus fuit. ibid. punct. 3. pag. 38. & ſeq.

PRO EADEM DOMINICA.

In eadem verba Evang.

Prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 39.

Effectus & Actus Pœnitentiæ.

PRimâ parte effectus peccati octo referuntur, ex quibus jugum ejus tyrannicum deſcribitur med. 39. punct. 1. per ſeptem verſus. ad deteſtationem ejus concipiendam. p. 263. & ſeq. part. 1.

Secundâ. 6. actus pœnitentiæ à S. David exerciti exponuntur, quibus pro peccatis ſuis pœnitentiam egit. ib. punct. 2. à. v. 8. usque ad 19.

Tertiâ

Digitized by Google

Tertiâ parte media adhibita contra recidivum pro efficaci vitæ emendatione proponuntur punct 3. p. 274. & ſeq. à v. 20. ad 23. ib.

Huc etiam faciunt:

1. Quæ afferuntur in Pſ. 50. medit. 53. ubi fusè actus ſinceræ pœnitentiæ exponuntur, & S. David ſpeculum pœnitentiæ proponitur.
2. Afferuntur pœnitentiæ actus plurimi, qui confeſſionem vel antecedunt, vel comitantur. p. 443. & ſeqq.
3. Pœnitentiæ bona, & effectus. p. 459.
4. Pœnitentia, ſeu ſatisfactio pro peccatis, ejusque actus varij. p. 464. ex quibus nobiliſſimus eſt generoſum propoſitum reſcindendi univerſa quæ à DEO ad peccandum abducunt. pag. 461.
5. S. Joannem Baptiſtam prædicantem baptiſmum pœnitentiæ quomodo novus Doctor pœnitentiæ S. David ſecutus ſit, & exemplo ejus nos eſſe poſſimus. pag. 464. & ſeqq.
6. Tria genera pœnitentium per Pelicanum, Nycticoracem, & paſſerem ſignificata. part. 3. in Pſ. 101. med. 4. pag. 9.
7. Pœnitentiæ Davidicæ actus alij in exemplum noſtrum propoſiti. ibid. p. 11. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA QUARTA.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 145.

Tu quis es?

Quanta ſit hominis vilitas, ſi ſpectetur ſecundum ea quæ ex ſe habet, præſertim comparatus cum DEO. Item quanta ejus dignitas ſi ſpectetur ſecundum dona quæ habet à DEO.

Vide part. 3. pag. 559.

IN NATIVITATE CHRISTI.

Ex Evang. Luc. 2.

Evangelizo vobis gaudium magnum.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 9. 7.

Tripudium univerſale exultabundi orbis ob natum Meſſiam.

1. AD hoc hortatur David v. 1. Cantate Domino &c. Subjunctâ mox causâ ob mirabilia in genere, quæ in Chriſti nativitate facta ſunt, eaque ſtrictim 1. ex SS. PP. recenſentur. p. 424.

2. In particulari quæ magnalia, & perfectiones divinæ in his mirabilibus patratis maximè eluceant, declarat Propheta. Primò Potentiâ DEI. v. 2. Secundò Sapientiâ. v. 3. notum fecit Dominus ſalutare ſuum &c. Tertiò Miſericordia, & veritas, vel fidelitas. v. 3. viderunt omnes fines terræ ſalutare DEI.

Alterâ parte poſſunt adduci genera diverſa lætitiæ, ad quæ Propheta hortatur, & excitat à v. 4. ſenſu allegorico, & morali explicata p. 429. ut Orbis totius conſpirans ſit exultatio.

Denique ſtimulum, & incentivum ad hoc gaudium commune addit v. 9. pro epilogo.

IN EADEM NATIVITATE CHRISTI.

Ex eod. Evang.

Facta eſt multitudo militiæ Cœleſtis laudantium Deum,

Luc. 2. vel

Reverſi ſunt paſtores laudantes, & glorificantes Deum.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 95.

Quale Canticum Chriſto nato accinendum ſit.

FEſtum exultationis, jubilationis, gaudii, & canticorum eſt natalis Chriſti, canunt in eo Cœlites, *facta eſt multitudo militiæ Cœleſtis* &c.

Canunt

Canunt homines, omnis ſexûs, ætatis, conditionis, *Iuvenes, & Virgines, Senes cum junioribus laudant nomen Domini.* Quale autem Canticum canendum ſit, & qualibus conditionibus præditum id eſſe oporteat, quarum quinque præſcribit, & exequitur à v. 1. usque ad 6. vid. part. 2. pag. 406.

Alterâ deinde parte exhortatur ad omne genus laudis, gloriæ, & obſequii DEO reddendum pag. 410. & ſeqq. Et per proſopopœiam inducit univerſum terrarum orbem exultare, & geſtire ob adventum Chriſti Salvatoris, pag. 413. & ſeq.

IN EADEM NATIVITATE CHRISTI.

Ex eodem Evang.

Invenietis infantem,

vel

Peperit filium ſuum primogenitum.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 44.

De amabilitate Infantis JESV filij MARIÆ Virginis.

ETſi amabiliſſimi matribus omnibus ſint filii ſui recens nati primogeniti præſertim, nihil tamen amabilius Virgini Matri Mariæ filio ſuo unigenito, & primogenito JESU. Etſi etiam illa ætas tenera per ſe amabilis, in Chriſto tamen longè amabiliſſima. Salvator ergo Chriſtus & annunciari ab Angelis, & inveniri à Paſtoribus voluit: *Magnus DEVS, & laudabilis nimis, & ſimul parvus puſio, & amabilis nimis.*

Amabilitates tredecim, ſeu encomia Chriſti, ob quæ omni amore, honore, & obſequio digniſſimus ſit ex dictamine S. Spiritûs velut calamus ejusdem depingit Propheta David in Epithalamio nuptiarum Incarnationis, ſeu Chriſti cum naturâ humanâ Pſ. 44. quæ explicantur. p. 1. med. 47. part. 1. pag. 337.

His adde :

1. In verba Angeli. *Pax hominibus bonæ voluntatis* quæ in Pſ. 84. v. 9. habentur. p. 2. medit. 86. de pace 1. qualem Chriſtus natus mundo attulerit. 2. ejus comparandæ rationem. 3. gradibus denique illius. pag. 291. & ſeq.
2. Item quomodo Juſtitia, & pax oſculatæ ſint in Chriſti Incarnatione & Nativitate. part. 2. pag. 294.
3. Item alij effectus nobiliſſimi qui in nos derivantur ex Nativitate, & Incarnatione Chriſti. p. 295.
4. Item in verba Angeli *Gloria in excelſis DEO.* Serviunt illa, quæ in verſum Gloria Patri & Filio &c. multa proferuntur. part. 4. medit. ult. præſertim quod Gloria S.S. Trinitatis ex Chriſti Incarnatione maximè eluceat. medit. ult. cit. punct. 2. vide Concion. octavam pro Dominic. 14. poſt Pentecoſt.

Pro feſto S. Stephani & S. Ioannis & SS. Innocent. vid. infra de communi SS.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS CHRISTI.

Ex Evang. Luc. 2.

Puer creſcebat, & confortabatur plenus ſapientiâ, & gratia DEI erat in illo.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 82.

De profectu in Virtute Chriſtiani, DEIque ad hoc confortatione exemplo CHRISTI.

PRo primâ parte ſervit. v. 6. Pſ. cit. expoſitus. pag. 280. part. 2. Pro ſecundâ verſus 7. ead. pag. & ſequenti. Tertiâ parte medium ad hoc præſcribitur. pag. 282.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Poſitus eſt hic in ruinam, & reſurrectionem multorum.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 58.

Chriſti juſtæ apud Patrem querelæ de Judæorum, quibus benè voluit, & fecit, aliorumq; ingratitudine, eorundemq; excidio, & ruinâ quam prædicit.

PRimam partem oratione ad DEUM Patrem fusâ proſequitur in perſonâ Chriſti David à v. 1. ad v. 6. qui exponuntur med. 60. punct. 1. pag. 59. & ſeq. part. 2.

Alterâ verò parte à v. 6. ad 17. ruina Judæorum, & pœnæ particulatim referuntur, & explicantur. punct. 2. pag. 60. & ſeqq. ibid.

Tertiâ denique pro ſuâ & ſuorum reſurrectione DEO Patri gratias agit. punct. 3. p. 65. & ſeq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang. & verbis ejusdem.

Poſitus eſt hic in ruinam.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 108.

Ruina gentis Judææ, & diræ 30. ſeu maledictiones in eam, & Judam per propheticam imprecationem prædicta.

PRimâ parte David in perſonâ Chriſti queritur contra ingratitudinem hoſtium ſuorum medit. 111. p. 3. pag. 275.

Secundâ Maledictiones illorum prædicit, à v. 4. ad 20. pag. 276. & ſeqq.

Tertiâ Benedictiones contrarias maledictionibus ſuperioribus ſuis fidelibus à DEO precatur, & pro ijs gratias agit, quæ ſunt ruina, & reſurrectio.

Similia videri poſſunt.

1. Pſ. 54. In quo David in perſona Chriſti conqueritur de perfidia, & ingratitudine ſuorum, pœnas, & ſubverſionem illis, ſibi verò gloriam prædicens part. 2. à pag. 22. & præſertim pag. 29.
2. Pſ. pag. 145. part. 2. & pag. 151.
3. Pſ. 34. à pag. 238. ubi Chriſtus inducitur tanquam ſignum, cui contradictum fuit, & velut exemplar, & paradigma patientiæ Chriſtianæ in hujuſmodi adverſitatibus. pag. 39. & ſeq.
4. Item Pſ. 88. pag. 60. & ſeqq. part. 2.
5. Chriſtus ſignum cui contradicetur, & à quibus ſcilicet Gentilibus, eorumque Regibus, nec non Judæis, eorumque Principibus Sacerdotum, hæreticis, malis Chriſtianis &c. Sed irrito conatu ac eventu; ex Pſ. 2. part. 1. pag. 12.
6. Ad imitationem Chriſti proficientis gratiâ apud DEUM, & homines &c. explicari poteſt profectus viri juſti juxta triplicem viam perfectionis, inſtar arboris plantatæ ad rivos aquarum, ex Pſ. 1. part. 1. pag. 6.

IN CIRCUMCISIONE DOMINI.

Ex Evang. Luc. 2.

Vocatum eſt nomen ejus JESUS.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 53.

Sanctiſſimum nomen JESUS efficaciſſimum ad movendum DEUM.

EO David uſus ad permovendum DEUM, Pſ. cit. *DEUS in nomine tuo ſalvum me fac*, quod inter explicationes alias de Sanctiſſimo nomine JESU Davidi revelato rectè intelligitur.

Hujus nominis efficacia, prærogativæ, & encomia afferuntur part. 2. pag. 15. & ſeq. Huic item S. David liberationem ſuam acceptam fert, & meritas gratias refert pag. 20. Denique hujus idcircò Pſalmi quotidianus uſus ab Eccleſiâ mane præſcriptus, & à SS. Martyribus ante certamen uſurpatus refertur pag. eâdem.

His

His adde:

1. Quod nominis hujus ſuaviſſima memoria medium ſit ad omnem Sanctitatem, & legis obſervationem, ideoque ſemper invocandum maximè nocte tentationis, & adverſitatis, ex Pſ. 118. part. 3. pag. 312. & ſeq.
2. Item quod nomen hoc in graviſſimis ærumnis unicum ſolatium ſit afflictis. ex medit. 6. in canticum Habacuc. v. 30. part. 4. punct. 3. Ubi in fine puncti ejusd. devotiſſimus effectus erga hoc nomen ponitur variis ejus encomiis conſtans.
3. Quomodo colendum Sanctiſſimum hoc nomen docet David tum Pſ. 110. v. 9. *Sanctum, & terribile nomen ejus.* tum præſertim Pſ. 112. qui laudem ejus à puris pueris, eamque diffuſam per omnia mundi climata, & in æternum duraturam exigit.
4. Quomodo Sanctiſſima Virgo MARIA ſuam maternitatem DEI, & beneficia cetera à DEO accepta Sancto nomini referat, & quis ejusdem erga hoc nomen affectus fuerit, vid. 4. part. medit. 9. punct. 2. in v. 4. *Et ſanctum nomen ejus.*

IN FESTO EPIPHANIÆ.

Ex Evang. Matth. 2.

Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæorum.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 71.

Chriſtus verus Rex Pacificus Salomon.

1. Oſtenditur Salomonem Chriſti figuram extitiſſe tum ob triplex nomen Salomonis, tum aliis de cauſis part. 2. pag. 168.
2. Regni Chriſti initium & progreſſus, duplici comparatione exornatur pag. 172.
3. Ejusdem regni exorientis commoda, & effectus. pag. 173.
4. Ejusdem regni propagatio, continuatio, felicitas, firmitas, abundantia benedictionum &c. pag. 174. & ſeqq.
5. Coram Chriſto Rege *procidunt Aethiopes, & Reges Tharſis &c. munera offerunt, & Reges Arabum, & Saba dona addùcunt, eumq; adorant omnes Reges terræ.* pag. 174. & ſeq. & pag. 176. ut *Rex Regum, & Dominus Dominantium rectè dicatur.*
6. Acclamationes fauſtæ huic Regi factæ. p. 178.

In eodem Feſto eadem verba.

CONCIO SECUNDA.

è diverſis Pſalmis.

Novus Chriſti Regis regnandi modus.

1. DEſcribitur ille Pſ. 95. v. 9. part. 2. pag. 412.
2. Pſ. 71. v. 3. 4. 12. ead. part. pag. 170. & ſeqq. & p. 175.
3. Pſ. 2. v. 7. ex part. 1. p. 14.

In eodem Feſto eadem verba.

CONCIO TERTIA.

Ex diverſis Pſalmis.

Parœneſes ad adorandum Chriſtum Regem.

1. HAbentur Pſalm. 2. v. 10. part. 1. pag. 16.
2. Pſ. 28. à quo Eccleſia divinum officium illius diei exorditur more extraordinario. part. 1. p. 178.
3. Pſal. 94. v. 1. 2. 3. pag. 394. & ſeqq.
4. Pſal. 9. à v. 7. pag. 410.

Vide etiam Pſal. 145. v. 9. p. 3. pag. 582. Et parte 4. medit. in Hymn. D. Ambroſ. & Auguſt. verſ. *Tu Rex gloriæ Chriſte.*

In eodem Feſto eadem verba.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 144.

Panegyris Regni, & Regis Chriſti.

LAudatur Chriſtus Rex primo ab eminentiâ naturæ, & attributis divinis, à v. 1. p. 3. pag. 568.

Secundo à Regno, & virtutibus Regijs, à v. 11. part. 3. pag. 572. Huc etiam facit Pſal. 4. part. 1. pag. 337.

DOMI-

DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIAM.

Ex Evang. Luc. 2.

Quid eſt quod me quærebatis?

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 118.

Quomodo quærendus Chriſtus aſcendentibus ad templum Hieroſolymitanum.

1. ANte omnia quærendus DEUS in fine quem homini conſtituit, qui eſt beatitudo, v. 1. pag. 268. part. 3.
2. Media ad hunc finem, ſeu documenta itineraria præſcribuntur ſive inſtructio viatica quâ veniri ad hunc finem, vel perveniri ad templum, DEUMq; poſſit 16. pag. 266. & ſeq. Videri etiam poteſt Pſalmus octavus, part. 1. pag. 45. & ſeq.

PRO EADEM DOMINICA

Ex eodem Evang.

JESUS autem proficiebat ſapientiâ, & gratiâ.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 83. v. 6.

De profectu Viri Juſti in Virtute, & mediis ad eam.

PRimâ parte de modo profectûs agitur, ejusque medio corroboratione, & benedictione cæleſti divinæ gratiæ.

Secundâ parte fontes duo ex quibus hauriatur robur, & gratia cœleſtis indicantur Sanctiſſima Vulnera Chriſti, & Euchariſtia. part. 2. pag. 280. & 281.

Adde quæ de profectu viri juſti in triplici perfectionis viâ purgativâ, illuminativâ, & unitivâ habentur. Pſal. 1. part. 1. pag. 6. & ſeq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Aſcendentibus Hieroſolymam ſecundum conſuetudinem.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 121. graduali.

Modus piè peregrinandi ad loca ſacra, ad cœleſtem Ieruſalem.

1. QUæ fuerit conſuetudo Judæorum aſcendendi ad templum Hieroſolymitanum. part. 3. pag. 389. & ſeq.
2. Quis modus vel devotio illuc aſcendentium religionis cauſa, recitando Pſalmos præſertim graduales cum virtutum actibus peculiaribus, unde & ſuum nomen traxerunt Pſalmi illi ib. p. 400.
3. Quibus temporibus, & feſtis ad templum ex præcepto aſcendendum fuerit, ead. part. 3. p. 405.
4. Quales obſecrationes, & preces præſcriptæ à David in templo jam conſtitutis ibid. pag. 408. & ſeq.
5. Quæ omnia morali, & anagogico ſenſu explicantur de Eccleſiâ, & Cœleſti Jeruſalem, quo aſcendere Chriſtiani debent exemplo B. V. & Iſraëlitarum. pag. 401. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eisd. Evang. Verbis.

Aſcendentibus Hieroſolymam, &c.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 118.

Inſtructio itineraria, ſeu documenta Viatica pro itinerantibus.

COmplectitur ſex Regulas, quæ ſenſu morali, peregrinationi hujus Vitæ noſtræ ſi accommodentur materiam Uberem & perutilem concionis ſuppeditant. Vid. part. 3. pag. 269. & ſeq.

DOMI-

DOMINICA SECVNDA POST EPIPHAN.

Ex Evang. Joan. 2.

Nuptiæ factæ ſunt.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 44.

Carmen nuptiale, vel Epithalamium Chriſti Sponſi, & Eccleſiæ Sponſæ.

PRimâ parte afferuntur tredecim encomia Chriſti Sponſi. part. 1. à pag. 337. usque ad pag. 348.

Secundâ. Novem præconia Sponſæ à pag. 349. usq; ad pag. 360. ibid.

Tertiâ Matrimonij hujus fructus, & effectus. à pag. 360. ad pag. 362. ibid.

Item primò ex Pſ. 92. v. 8. part. 3. pag. 226. Eccleſiæ ante ſterilis fæcunditas.

Secundò item ex Cantico Annæ. v. 8. Eccleſiæ præfiguratæ per Annam ſterilitas in fæcunditatem commutata, Et contrà Synagogæ ſignificatæ per Phenennam ſterilitas. part. 4. med. 4.

PRO EADEM DOMINICA SECVNDA POST EPIPHAN.

In eadem verba Evangelij.

Nuptiæ, &c.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 127.

Matrimonij dos optima timor Domini.

ALios divitiæ, alios pulchritudo, alios inſanus amor, & voluptas incitat ad matrimonium. Sed virtute, & timore Domini nullum motivum præſtantius; quem DEI timorem in conjuge nactus dicere poteſt: *Venerunt mihi omnia bona cum illâ*, ut ſapiens gloriatur de ſapientiâ, cujus initium eſt timor Domini. Et ideo ſuper ſalutem, & pulchritudinem, &c. dilexi eam.

Hanc felicitatem Conjugum promittit Spiritus S. per David Pſ. 127. & quidem

1. Be-

1. Benedictionem Cœleſtem quoad bona fortunæ, & quoad ſuſtentationem, omnem felicitatem.
2. Conjugis fæcunditatem cum amore conjugali, & ſuavitate. *Vxor tua ſicut vitis.*
3. Liberorum ſuſceptorum probam educationem: *Filij tui ſicut novellæ* olivarum.
Vid. part. 3. pag. 436. & ſeqq. med. 109.

Eodem facit.

1. Pſalmus 111. in quo eadem propè promittuntur, ead. part. 3. pag. 214. & ſeq. med. 114.
2. Pſal. 24. 1. part. pag. 153.
3. Pſ. 33. 1. part. pag. 228.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Vocatus eſt autem & JESUS, & Diſcipuli.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 126.

In matrimonio ſive inchoando, ſive producendo nihil absque DEO, & cum DEO rectè omnia.

SApientèr ad nuptias, & matrimonium inchoandum invitatum Chriſtum, cum matre, & Diſcipulis probavit eventus, Nam vino deficiente Mater apud filium interceſſit, filius liberalitèr conceſſit, diſcipuli obedientèr ſubſervierunt, ut omnis ille defectus abundè ſuppleretur. Quod non ſolum in contractu primo Matrimonij, ſeu nuptijs, ſed ejuſdem maximè proſecutione evenire docetur, Pſ. 126. absque DEO, ejusque gratiâ, & benedictione nihil profici, nec in familiæ novæ, ſeu domûs primâ extructione. v. 1. nec in curis ejuſdem ſuſtentandæ. v. 2. nec in ſobole ſuſcipienda, & piè educanda. v. 3. Cum DEO autem felicitèr iſta omnia evenire. v. 3. 4. 5.
Vid. part. 3. med. 139. pag. 430.

Ad

Ad eundem Scopum dirigi poſſunt, quæ habentur.

1. In Pſal. 120. ead. part. med. 133. pag. 395. & ſeqq.
2. In Pſal. 124. med. 137. part. 3. p. 422.
3. Poteſt inſtitui concio contra violationem matrimonij per adulterium à DEO punitum in Davide. Ex Pſ. 31. part. 1. pag. 209. Et
4. Ex Pſ. 50. med. 53. part. 1. præſertim pag. 433. & ſeqq.
5. Ex Pſ. 31. pag. 209. ead. part. 6. Et ex Pſ. 37. p. 269. & ſeqq.

DOMINICA TERTIA POST EPIPHAN.

Ex Evang. Matth. 8.

Ecce leproſus.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 50.

Lepra peccatum.

I. PEccatum lepræ comparatur. II. Ejus mundandæ modus ex veteri teſtamento ſeptemplex ſcilicet aſperſio ſanguinis ex paſſere. Figura fuit veræ mundationis per ſanguinem Chriſti ſeptem vicibus profuſum. III. A ſeptem geminâ ejus leprâ quomodo mundari oret, & amplius lavari S. David. p. 1. pag. 431.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Si vis potes me mundare. Et, *Sicut credidiſti, fiat tibi.*

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 129.

Confidentiæ hominis Chriſtiani duplex fundamentum.

SIcut fides pro fiduciâ in Scripturâ ſæpè ſumitur, ita etiam credere pro ſperare, quanquam in orando DEO, vel ſupplicando ei pro re aliquâ ſic fides, & fiducia concomitentur, & hæc illam ſupponat, ut quantò major eſt una, tantò major & ſit altera.

Duplex fundamentum Chriſtianæ fiduciæ ſtatuit S. David. v. 7. Alterum miſericordiam DEI, alterum Chriſti merita prævisa. pag. 452. & 453. part. 3. Ad eandem hortatur Iſraëlitas exemplo ſuo. v. 4. & 5. pag. 449. & ſeq. & v. 6. p. 451.

Ad excitandam hanc ſpem conferunt ea, quæ diverſis Pſalmis præclariſſima afferuntur, ut:

1. Confidentiæ in DEUM motiva. part. 1. pag. 364.
2. Cur in omnibus adverſitatibus in DEO confidendum rationes ſeptem ead. part. pag. 29. & ſeq.
3. Fructus ſuaviſſimus confidentiæ in DEUM eâd. part. pag. 28. & ſeq.
4. Favores DEI ſingulares erga confidentes ſibi eâd. part. pag. 203.
5. Confidentiæ in DEO, & in Creaturis diverſi effectus, & præmia. part. 2. pag. 85.
6. Fiduciæ fundamentum promiſſio, & Verbum DEI. part. 2. pag. 38.
7. Fiduciæ filialis in DEUM motiva ſunt beneficia ab eo præſtita ead. part. pag. 75. & ſeq. præcipuum verò Chriſtus. 78.
8. Confidendum in DEO, non in hominibus ac Principibus. part. 3. pag. 256. & ſeqq.
9. Confidentiæ in Deum quanta firmitas & ſecuritas. ead. p. pag. 420.
10. Ejuſdem fructus ceteri ibid.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Domine non ſum Dignus.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 130.

Ars impetrandi à DEO humilitatem.

HAnc in Evangelio docuit Centurio, & ante illum S. David. Humilitatis illius gradus diverſos proponens. Pſ. cit. qui explicantur med. 143. in hunc Pſ. part. 3. pag. 456. Vide etiam Pſal. 10. v. 5. p. 1. pag. 64.

Ad

Ad eandem humilitatem perſuadendam faciunt:

1. Quæ ex Pſ. 112. habentur. part. 3. pag. 225. & ſeqq. quod humiles DEUS reſpiciat, exaudiat, exaltet.
2. Item his affinia in Cantico Annæ v. 11. & 12. part. 4. med. 4.
3. Item ratio, & motiva ſe in oratione humiliandi eadem part. 3. pag. 282.
4. Item DEI erga humiles ſingularis propenſio. ead. part. 3. pag. 507. & ſeq.
5. Cui affinia ſunt, quæ in Canticum Magnificat habentur. part. 4. med. 9. punct. 2. in verſ. 3.
6. Humiliantis ſe ob DEI dona, & curam erga ſe affectus Centurionis Evangelici non abſimilis. part. 3. p. 559. & 560.

PRO EODEM DOMINICO.

Ex Evang. eod.

Dic ſervo meo fac hoc, & facit.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 122.

Qualitates bonorum ſervorum tum erga homines, tum erga DEUM.

CEnturio Evangelicus ſicut boni Domini partes executus eſt opere, ita bonorum ſervorum qualitates verbis quoque his deſcripſit, &c. id quod S. David multò clariùs, & ornatiùs præſtitit. Pſ. 122. v. 2. & ſeq. quorum verſuum diverſæ expoſitiones quatuor totidem bonorum ſervorum DEI virtutes exponendi præclaram materiam ſuppeditant. part. 4. pag. 411. 412. & 413.

DOMINICA QVARTA POST EPIPHAN.

Ex Evang. Matth. 8.

Domine ſalva nos perimus.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 12.

Remedium in afflictionibus, & tentationibus varius ad DEVM recurſus.

AFfertur is quadruplex meditatione 13. in hunc Pſ. 12. in remedium tentationum. Primus per diffidentiam ſui. 2. Per orationem, & implorationem divinæ gratiæ. 3. Per fiduciam in miſericordiâ, & auxilio divino. 4. Per gratiarum actionem obtentâ ope. à pag. 70. usque ad pag. 73.

IN EADEM DOMINICA.

Ad ead. Evang. verba.

CONCIO SECUDA.

Ex Pſal. 85.

Perſugium afflictorum cœleſte ſubſidium.

PRoponuntur â S. David efficaciſſimæ rationes, & motiva ad DEUM permovendum, Ut in afflictionibus nobis ſuccurrat: è quibus quinque petuntur ex parte noſtrâ, quatuor verò ex parte DEI. part. 2. à pag. 267. p. 299.

IN EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Ipſe verò dormiebat.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 43.

Quomodo in afflictionibus excitandus à ſomno DEVS.

1. DEus in noſtris afflictionibus ſe habet interdum inſtar vel dormientis, vel non advertentis, vel obliviſcentis. part. 1. pag. 335.
2. Quomodo excitandus à nobis exemplo Apoſtolorum, & Davidis, pag. 336. ibid. habetur.
3. Quomodo verò excitatus quaſi à Somno in afflictionibus, & vexationibus inimicorum ab eo permiſſis exurgat, & opem nobis ferat ex Pſ. 77. v. 8. 64. & ſequent. part. 2. pag. 239.

IN EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Ita ut navicula operiretur fluctibus.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 59. & 73.

Naviculam Petri Eccleſiam tempeſtatibus concuti, non obrui.

1. CUr permittat DEUS Eccleſiam ſuam concuti tempeſtatibus perſecutionum ſæpè tam vehementibus, ut eam quaſi deſeruiſſe videatur. Quod etiam de animâ Juſti dici poteſt. Vid. part. 2. pag. 68.
2. Quomodo in his DEO ſupplicandum, & quæ rationes ad permovendum illum afferendæ cum Apoſtolis. Marc. 4. *Magiſter nonne ad te pertinet, quia perimus.* Et S. David. vid. Pſal. 73. part. 2. pag. 190. & ſeqq.

IN EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus.

CONCIO QUINTA.

Ex Pſal. 78.

Gemitus Eccleſiæ varij perſecutorum tempeſtatibus agitatæ.

NEmpè quæ tum ab Infidelibus tyrannis, Judæis, Hæreticis, malis Chriſtianis excitatæ fuerunt. Et

Primâ Pſalmi parte ſubjicitur oculis vaſtatio eorum, & perſecutiones Eccleſiæ, à v. 1. usque ad 4. part. 2. pag. 240.

Secunda DEI ſubſidium ex motivis variis contra eos imploratur, à v. 5. ad v. 11.

Tertia liberatio Eccleſiæ à DEO, & vindicta illius in hoſtes cum gratiarum actione prædicatur, part. 2. pag. 243. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Domine ſalva nos.

Et

Quid timidi eſtis modicæ fidei?

CONCIO SEXTA.

Ex Pſal. 70.

In tempeſtate, & adverſitate ſacræ anchoræ.

1. SPes in divina gratia, ejusque imploratio, part. 2. pag. 159.

2. Ejusdem ſpei motiva ob quæ meritò nobis dici poteſt, *quid timidi eſtis*, &c. ibid. pag. 161.

Simi-

Similis argumenti ferè ſunt.

1. Quæ Pſ. 128. afferuntur. p. 3. pag. 241. & ſeq.
2. Item eâd. parte. pag. 337.
3. Item eâd. part. pag. 417.
4. Item quæ de afflictionibus juſtorum hinc inde habentur, ut quod ſit ſignum filiorum DEI, & prædeſtinationis. part. 2. pag. 185.
5. Item quam ſint variæ ttibulationes Juſtorum, & quomodo in illis DEUS ſuis adſit. part. 2. pag. 115.
6. Item quâ ratione ex tentationibus, in quas incauti inciderunt, eripiat ſuos DEUS. part. 3. p. 415.

DOMINICA QVINTA POST EPIPHAN.

Ex Evang. Matth. 13.

Zizania in medio tritici.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 72.

Impios inter juſtos florere velut Zizania cur ſinat DEUS.

1. ECcleſiam, vel mundum eſſe agrum, in quo impii inter Juſtos, & præ juſtis floreant, imò juſtos opprimant præclarè oſtendit S. David, Pſ. 72. v. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. part. 2. & pag. 180. & ſeqq.
2. Quomodo idcircò juſti Zelo concitati mirentur, & penè ſcandalicentur cum ſervis Evangelicis: *nonne bonum ſemen ſeminaſti? unde ergò Zizania?* Et, *vis imus, & colligimus*, ea habentur. Pſ. eod. v. 10. & ſeqq. ad v. 14. item v. 2. 3. ibid.
3. Contra hunc Zelum inordinatum, & ſcandalum remedium, quod Cœleſtis Seminator ſuggerit, *Colligite Zizania, ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum* exponitur. eod. Pſ. v. 15. 16. 18. 19. 20. pag. 184. & ſeqq.
4. Qui fructus ex horum conſideratione elici à nobis poſſint. eodem Pſ. v. 21. 22. 23. &c. ad 28.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Vis imus, & colligimus ea.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 36.

Aphoriſmi contra Zelum, & ſcandalum ex proſperitate improborum.

1. QUis Zelus ille ſit, deſcribitur à S. David cum dehortatione ab illo, part. 1. pag. 254. & ſeq.
2. Præclara contra eum documenta, & remedia proponuntur. ibid. pag. 255. & ſeq.
3. Illud præſertim quod felicitas impiorum perbrevis in hâc vitâ, & pœnæ, vel infelicitas æterna. Contra Juſtorum in hâc vita infelicitas brevis, & felicitas æterna; quod Chriſtus etiam in fine Evangelij inſinuat, ibid. pag. 258. & ſeqq.

Eodem etiam ſpectant.

1. Quod ibid. additur de hujus etiam vitæ proſperitate juſtorum collatâ cum aliquali felicitate impiorum.
2. Benè DEUM in Eccleſiâ vel Juſtis viciſſitudinem alternantis fortunæ permittere juxta illud: *Sinite utraque creſcere*, ob quod ei gratiæ debentur, ex Pſ. 59. part. 2. pag. 67. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Inimicus homo hoc fecit.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 55.

Nequitia hoſtium noſtrorum ſpiritualium.

1. DEſcribit illam S. David, & præfigurat in hoſtibus, & exemplo ſuo. part. 2. pag. 36. & ſeq.

2. Con-

2. Contra eos ſuſpirat ad DEUM, & liberari ab illis, vel ſervari petit cum lacrymis. ibid. pag. 39. 40.
3. Ob conſervationem à nequitiâ eorum gratias agit, ibid. pag. 42. & ſeq.

Ad eundem ſcopum faciunt, quæ habentur.

1. PSal. 82. part. 2. pag. 270. & ſeqq. de hoſtibus Eccleſiæ.
2. Item ex Pſ. 3. part. 1. pag. 18. & ſeq. Multitudo, & ferocitas hoſtium exponitur, & contra eos refugium ad DEUM cum fiduciâ pro remedio præſcribitur.

DOMINICA SEXTA POST EPIPHAN.

Ex Evang. Matth. 13.

Simile eſt regnum Cœlorum grano ſinapis.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 59. v. 86.

Eccleſiæ Chriſti ex parvis initijs propagatio, & dilatatio.

1. ECcleſiæ (quæ regnum Chriſti eſt, & in quantum triumphans regnum Cœlorum) parva exordia oſtenduntur. p. 2. pag. 72.
2. Quomodo paulatim ab Apoſtolis propagata ſit. ibid.
3. Quomodo nunc Orbem univerſum occupet. ibid. pag. 72. & 73. & pag. 308. & ſeqq.
4. Ejus figura Regnum Davidis amplificatum. ibid. pag. 70. & 73.
5. Conglobata Eccleſiæ ejusdem encomia. ibid. p. 307.

Ejusdem argumenti ſunt.

1. Quæ afferuntur in Pſal. 47. part. 1. pag. 384. Qui Pſalmus totus de laudibus Eccleſiæ eſt ſub typo, & figurâ Sionis. item pag. 386. & pag. 387. & ſeq.
2. Item Pſal. 64. qui totus eſt de prærogativis Eccleſiæ. part. 2. pag. 102.

3. Quæ de ſterilitate ejusdem ſub gentiliſmo per Chriſtum fæcundiſſima reddita in Pſ. 112. v. 8. dicuntur. part. 3. p. 227.
4. Item quæ habentur. part. 4. medit 4. in Canticum Annæ. Quam figuram fuiſſe Eccleſiæ ibid. oſtenditur ob ſterilitatem commutatam in fæcuditatem. Sicut Phenenna figura fuit Synagogæ ex fæcundâ olim nunc ſteriliſſimæ.

PRO EADEM DOMINICA.

Ad ead. Evang. verba.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 82.

Eccleſiæ Regni Chriſti initia, progreſſus, propagatio, continuatio, ſtabilitas, & duratio.

1. Chriſtum Regem fuiſſe per Salomonem præfiguratum oſtenditur primâ parte Pſ. 82. à v. 1. ad v. 6. & dotes regiæ adducuntur. p. 2. pag. 169. ejusque præclara facta. p. 175.
2. Regni ipſius exordia ſtillicidio comparata. à v. 6. pag. 172.
3. Ejusdem regni præclara commoda, quibus effloruit. pag. 173.
4. Ejusdem progreſſus, & propagatio. pag. 174.
5. Ejusdem ſtabilitas 176.
6. Ejusdem duratio longiſſima. p 171.
7. Denique clauditur per aggratulationem Regi, & ſubditis Regni. Pſal. 82. p. 178.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

Ex Evang. Matth. 20.

Miſit eos in vineam ſuam.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 79.

Vinea DEI quæ.

1. Quæ ſub allegoriâ vineæ à DEO beneficia collata recenſentur Judaico populo, & Synagogæ à S. David; figura fuerunt eorum

quæ

quæ populo Chriſtiano, & Eccleſiæ ſuæ DEUS contulit, confert, & idcircò ei applicari benè poſſunt, ſicut & animæ Chriſtianæ maximè quoad perſecutiones, quas patitur ex 2. pag. 252. & ſeqq.

2. Unde pro vocatione, & miſſione ad hanc vineam DEO obſtricti ſunt, tum ad gratiam referendam, tum ad operam conferendam præſertim implorando divinam contra hoſtes protectionem, ut facit David. pag. 253. ibid. & ſeq.

Huc ſervient.

1. Quæ de hujus vineæ fertilitate, & fœcunditate afferuntur. p. 2. pag. 104. & pag. 107. in Pſ. 64. qui beneficia à DEO in hanc vineam collata enumerat.

2. Quæ de ejusd. culturâ per operarios Apoſtolos &c. inſinuantur eâd. part. 2. in Pſ. 77. p. 131.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Exijt primo mane conducere operarios.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 26.

Ab Operario, vel Vinitore Chriſtiano in vineâ animæ ſuæ, quinam debeant ſuſcipi primo mane labores;

ſeu

Exercitium Juſti matutinum.

NE de ſe queri cogatur Vinitor Chriſtianus cum Sponsâ. Cant. 1. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi*, à propriâ ordiri debet, & labore illo qui primo mane ei debetur. Ad quod valdè utiliter exercitium juſti matutinum, quod S. David exemplo ſuo nos docuit Pſ. 62. proponi, & exponi poteſt, & tribus punctis, quæ totidem eſſe poſſunt Concionis, medit. 64. in dictum Pſ. comprehenditur. part. 2. à pag. 88.

PRO

Digitized by Google

IN EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Voca operarios, & redde illis mercedem.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 83.

Merces operum noſtrorum eſt denarius vitæ æternæ.

ETſi vita æterna ex miſericordiâ DEI nobis à DEO deſtinetur, non impetratur tamen illa, vel confertur in executione ſine bonis operibus noſtris. Hoc contra operum bonorum impugnatores docet hodierni parabola Evangelij, & adſtipulatur S. David. Pſ. 83. ubi inter cetera media aſſequendi illam hoc quoque poſuit. v. 22. vid. part. 2. pag. 284. Cui addi poteſt.

1. Ex Pſ. 118. v. 112. part. 3. pag. 352.
2. Item Pſal. 14. 1. part. pag. 78. & ſeqq. qui totus eſt in mediis bonorum operum ad beatitudinem conſequendam præſcribendis.
3. Cur à Septuageſimâ ad Paſcha usque Alleluja Eccleſia non utatur vid. p. 4. medit. ult. punct. 1. in fine.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Ex Evang. Luc. 8.

Semen eſt Verbum DEI, quod cadens in terram bonam fecit fructum centuplum.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 118.

Fructus Verbi, legisq; divinæ.

I. ETſi per Verbum DEI SS. PP. aliqui Verbum DEI æternum intelligant, quod per Incarnationem in terrâ benedictâ Uteri Virginis MARIÆ ſeminatum mundum totum ante per peccatum maledictum omnigeno fructu fæcundarit, uti in Pſ. 66. med. 68. ex SS. PP. oſtenditur. part. 2. pag. 122.

II. Hoc

II. Hoc tamen ſenſu, etſi ſublimiori, relicto ſenſu magis literali Verbum DEI, ſeu legem divinam, ſive inſpiratam, ſive à DEO traditam intelligemus. Cujus præclariſſimi, plurimique fructus recenſentur. Pſ. 118. quos profert in anima Juſti V. G.

1. Quod ejus obſervatio habeat promiſſionem vitæ præſentis, & futuræ in Cœlo. part. 3. pag. 339.
2. Multam pacem afferat. ib. pag. 385.
3. A ſcandalo ſervet. ibid.
4. Liberet à confuſione æternâ, & temporali; & à repulsâ in oratione. pag. 274. & ſeqq.
5. Varia ejusdem præmia. pag. 308. & ſeqq.
6. Ejus jucunditas quàm dulcis, ſolatijsque plena. pag. 346.
7. Illuminat, & ad intelligenda, & facienda velut fax eſt. pag. 344. 345. 347. & 348.
8. Alios fructus, & utilitates Index in 3. part. ſuppeditabit.

Eodem facit Pſalmi 18. pars 2. vid. part. 1. pag. 112. & ſeqq. ubi Lex DEI ſoli comparatur.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Aliud cecidit ſuprà petram.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 94. & 100.

Petra cor durum.

1. QUid ſit cor durum ab effectis deſcribitur, ex S. Bern. p. 2. p. 445.
2. Et idem quod cor pravum, ib. p. 446. ibidem ex S. Auguſtino deſcriptum.
3. De hortatio Davidis ab hâc cordis duritie ad percipiendum Verbum DEI ex varijs petita motivis. part. 2. pag. 401. & ſeq.

IN EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Aliud cecidit in Spinas.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 48.

Spinæ divitiæ.

CОntra illarum immoderatam cupiditatem, rerumq; fluxarum ſollicitudinem, ac confidentiam, nec non avaritiam agitur. Pſ. 48. citato, part. 1. p. 396. & ſeqq. ut quibus omne bonum deſiderium ſuffocetur, & in fine vitæ nihil inde commodi, & ſolatij habeat homo.

Quibus addi poſſunt quæ dicuntur.

I. Ex Pſ. 100. part. 2. pag. 464. Contra inſatiabiles divitiarum helluones aulicos.

II. Ex Pſ. 118. v. 36. Ubi petitur contra avaritiam inclinatio cordis in DEI Verbum. part. 3. p. 300.

III. Ex Pſ. 111. v. 9. Ubi oſtenditur non modo non impedire ſemen divitias ſeminatas in manibus pauperum, ſed etiam liberalitèr omnis generis bona fructificare. part. 3. pag. 220. & ſeq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Aliud cecidit ſecùs viam, & conculcatum eſt.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 57.

Peccandi conſuetudo via trita Dæmonis.

HAbitus, & conſuetudo peccandi ex frequentatis actibus meritò viæ comparatur conculcatæ, & tritæ, in quam ſemen incidens, vel conculcatur, vel ab avibus Cœli, qui ſunt Dæmones, & Spirituales nequitiæ in Cœleſtibus ab Apoſtolo vocantur, mox aufertur, ne radices agat.

Tales deſcribit S. David. Pſ. 57. v. 3. & comparat baſiliſco, & aſpidi ſurdæ obturanti aures ſuas. part. 2. p. 53.

Quo

Quo etiam accommodari poſſunt.

1. Quæ de peccatoribus terræ conculcandis à DEO, & conterendis habentur. Pſ. 118. v. 118. part. 3. pag. 356.

2. Quæ de excæcatis à Dæmone ijsdem peccatoribus adjici poſſunt. Ex Pſ. 50. part. 1. pag. 432.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Fructum afferunt in patientiâ.

CONCIO QUINTA.

Ex Pſal. 125. & 61.

Vix unquam fructus ſine comite patientiâ affertur.

I. ID tum in ſemine, tum in ſeminatore, tum in terrâ apparet; illud triturandum, ventilandum niſi mortuum fuerit, fructum non affert. Iſte in labore, & ſudore vultûs cum timore ſeminat. Hæc aratro proſciſſa, ſtercorata, occataque ſit oportet.

II. Hujus rei meminit David ad ſolatium & documentum noſtrum. Pſ. 125. v. 6. 7. 8. in 3. part. pag. 428. & ſeqq.

III. Quomodo in his exercenda patientia docetur. Pſ. 61. v. 1. 2. 3. & ſeqq. part. 3. pag. 79. & ſeqq.

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

Ex Evang. Luc. 18.

Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & conſumabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt de filio hominis &c. & tertiâ die reſurget.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 109.

Paſſio Chriſti via, & aſcenſus eſt ad Jeruſalem cæleſtem, & Reſurrectionis gloriam.

1. POſtquam S. David Chriſti ſex excellentias, & glorioſas prærogativas, ad quas evectus eſt à Patre æterno, deſcripſiſſet prima parte. Pſ. 109. usque ad v. 7.

 2. Earum-

2. Earundem mox cauſam ſubjungit, & viam, per quam ad eas Chriſtus aſcendit, nempè ejusdem paſſionem, torrenti comparatam. vid. p. 3. pag. 201. & 202.

Quæ materia amplificari poteſt.

1. Ex Pſ. 68. part. 2. p. 153. & ſeqq. ubi per modum adhortationis ad exemplum ſuum imitandum fideles ſuos Chriſtus alloquitur, & ſpe gloriæ ad patiendum animat.
2. Ex ijs, quæ de fructibus Paſſionis Chriſti afferuntur. Pſ 21. part. 1. pag. 136. & ſeqq.
3. Videri etiam poſſunt quæ de Paſſione Chriſti notantur infrà in Concionibus in Paraſceve Domini, ſeu feriâ ſextâ hebdomadæ ſacræ.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Cæcus ſedebat ſecus viam.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 13.

Cæcitas humana naturæ.

CÆcus hic qui in Chriſti tranſitu curatus viſum accepiſſe deſcribitur in hoc Evangelio, benè intelligitur natura humana, vel mundus ante Chriſti adventum per peccatum originale devius à viâ ad Cœlum, ſeu ſecus viam ſedens, quem ſuo adventu Chriſtus Lux mundi illuminavit, in quo declaratur.

I. Quanta inter cæteras humanæ naturæ miſerias quæ Pſ. 13. fusè deſcribuntur ejus cæcitas fuerit, ut habetur. v. 1. p. 1. pag. 73.

II. Quàm hujus cæcitatis abominabiles effectus fuerint. v. 2. 3. 4. & ſeqq. à pag. 47.

III. Quomodo David loco cæci hujus DEI opem, & miſericordiam imploraverit, quam Iſaias prædixerat, additis cauſis impetrationis hujus v. 8. & ſeqq. pag. 70. & ſeqq.

De cæcitate Judæorum & peccatorum, vid. part. 3. pag. 121.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Sedebat ſecus viam.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 24.

Quæ viæ DEI.

EAs ſibi demonſtrari, & in eas dirigi petit David Pſ. 24. v. 4. & ſeq. & varias adducit. part. 1. pa .151. & part. 3. pag. 53.

1. Puritatis. p. 1. pag. 152.
2. Via Virtutum. v. 9. & 10. pag. eâd.
3. Miſericordiæ, & veritatis. v. 11. p. 153.
4. Timoris filialis. ibid. v. 13.
5. Via conjunctionis cum DEO. p. 155. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA.

In eadem verba.

Secus viam.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 118.

Peccatores & legis transgreſſores devios eſſe à viâ DEI.

Id oſtendit David. Pſ. 118.

1. Verſ. 1. Quo docet, quibus medijs, & conditionibus ineunda ſit via ad beatitudinem. part. 3. pag. 268.
2. v. 3. Idem à contrario probat. pag. 271. & quàm amæna ſit via mandatorum DEI præ viâ peccatorum. pag. 272.
3. v. 5. Deſiderium hujus viæ, & directionem in eâ petit. p. 273.
4. v. 7. Pro eâ directione gratias agit. p. 275.
5. v. 14. Delectationes in viâ teſtimoniorum DEI quales ſint docet. pag. 279.

6. Supplicat ut à viâ iniquitatis abſtractus viam mandatorum DEI decurrat jucundè. v. 29. 30. 32. 33. à pag. 293.

Huic materiæ inſerviunt quæ Pſ. 24. afferuntur. v. 4. 5. 9. 10. 11 13. 16. &c. part. 1. à pag. 151. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Conſummabuntur omnia, quæ de filio hominis ſcripta ſunt, tradetur enim &c.

CONCIO QUINTA.

Ex Pſal. 40.

Memoria, & recordatio Dominicæ paſſionis quàm ſit utilis exemplo Chriſti tùm totâ vitâ, tùm hodierno in Evangelio præſertim.

VId. part. 1. pag. 35. & ſeqq. Cum adhortatione ad eandem memoriam frequentandam. pag. 357.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMÆ.

Ex Evang. Matth. 4.

Ductus eſt JESUS in deſertum à Spiritu.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 62.

Solitudinis amor, & exercitia.

A Quo Spiritu ductus in deſertum ſit Chriſtus, non indiget diſputatione, ſi conſideretur ad quid, vel quæ exercitia peragenda ſit ductus, nempè ad pugnandum cum Dæmone, eumque vincendum, ad jejunium, ad orationem. Quâ in re uti Chriſti figura fuit David, ita nobis paradigma, & exemplum eſſe debet, ut in hujus mundi deſerto ductu S. Spiritûs exemplo Chriſti chriſtianè vivamus. Pſ. 62. v. 3. part. 2. pag. 87. 88. 89.

Ad idem propoſitum facit quod habetur. Pſal. 119. v. 5. Ubi ſuſpirat

ſuſpirat David ex deſerto hujus ſæculi, & miſerâ peregrinatione tandem liberari, & ad amænissimam patriam transferri. part. 3. pag. 302. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMÆ.

Ex eodem Evang. Matth. 4.

Ut tentaretur à Diabolo.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 12. & 105.

Contra tentationes Dæmonis remedia.

I. QUanta Dæmoniorum in homines ſit tyrannis, jugumque intolerabile oſtenditur. Pſ. 105. v. 37. & 38. part. 3. p. 136.

II. Nihilominus tamen jugum hoc dulci jugo Chriſti præferunt inſani homines ex ſuggeſtionibus perverſis ſe, ſuaque Dæmoni immolantes, & DEO ſubtrahentes. ibid. p. 137.

III. His Dæmonis tentationibus repugnare nos docuit Chriſtus exemplo, & documento. Primum in hodierno Evangelio Scripturæ, & Verbi divini veritatibus quaſi gladio ancipiti hoſtem tertio aſſultu inſurgentem repellens. Secundum in paſſione hortans Diſcipulos: *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.* Hoc remedium S. David pluribus exponit varios recurſus ad DEUM nos docendo. Pſ. 12. part. 1. pag. 71. & ſeq.

IV. Monitum proinde S. Apoſtoli Petri 1. Ep. c. 5. nobis ſemper præ oculis habendum. *Fratres ſobrij eſtote, & vigilate, quia adverſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit.*

Ad idem propoſitum facit.

1. Iſ. 16. Qui ex parte hoſtium, & ferociæ eorum motiva, & rationes ſumit ad DEI ſuccurſum obtinendum. à v. 9. part. 1. p. 92.

2. Pſ. 34. In quo contra hoſtes auxilium divinum imploratur, & claſſicum Spirituale inſcribitur meditatio in eundem. part. 1. pag. 234. & ſeqq.

DOMI-

DOMINICA SECUNDA QUADRAGESIMÆ.

Ex Evang. Matth. 15.

Miſerere mei Domine fili David.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 85. & 101.

Chananææ orandi, & exorandi efficax ectypon ſeu exemplum.

CONditiones orationis ad permovendum DEUM efficacis, quas obſervavit Chananæa, S. David tradit.

1. Pſalmo 85. à v. 1. ad v. 6. part. 2. pag. 297.
2. Eædem, & aliæ habentur. Pſ. 101. cujus meditatio inſcribitur Rhetorica pauperum. v. 1. 2. 3. 4. & 18. præſertim. p. 2. pag. 2. 3. & 32. ac 33.

Addi poſſunt ex Pſ. 129. quinque qualitates bonæ orationis ad obtinenda quæ petimus. part. 3. pag. 447.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Filia mea malè à Dæmonio vexatur.

CONCIO SECUNDA.

EX Dominicâ ſuperiori de Dæmonum tyrannide erga homines. Ex Pſ. 105. part. 3. pag. 136.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut credidiſti.

CONCIO TERTIA.

De confidentiâ erga DEUM.

EX annotatis in Dominicam tertiam poſt Epiphaniam conc. ſecunda.

Notandum nonnullis in diæceſibus juxta ordinem Romanum legi, & explicari Evangelium. Matth. 17.

DE

DE TRANSFIGVRATIONE CHRISTI.

Ex cujus verbis:

Bonum eſt nos hîc eſſe, poteſt fieri.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 35.

DEO adhærentium quanta ſolatia ſint hujus, & alterius vitæ.

QUæ non ſine deprædicatione, & admiratione divinæ miſericordiæ deſcribit S. David, Pſalmo jam dicto 35. part. 1. pag. 249. 250. & ſeq.

DOMINICA TERTIA QVADRAGESIMÆ.

Ex Evang. Luc. 11.

Erat JESUS ejiciens Dæmonium, & illud erat mutum.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 31.

Confeſſio.

I. SIncera confeſſio innocentiæ reparandæ, & conſervandæ optimum medium ob quod à Chriſto conceſſum rectè beati meritò dicimur ex S. Hier. part. 1. pag. 208.

II. Quomodo medium hoc Dæmon (qui ab effectu rectè mutus idcircò dicitur) ab hominibus auferre omni vi laboret, & quanta inde peccatoribus detrimenta inferat exemplo S. David oſtenditur eâd. part. pag. 209.

III. Quomodo per gratiam DEI hoc Dæmonium mutum per generoſam reſolutionem ſinceræ confeſſionis ejiciatur, tum adductâ figurâ ex veteri teſtamento affertur, tum ejuſdem S. David exemplo demonſtratur. ibid. p. 210. & ſeq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Locutus eſt mutus.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 50.

Confeſſionis bonæ circumſtantiæ.

I. DAvid poſtquam tantopere peccatum adulterij celare conatus eſſet, ut à muto, ſurdoque dæmonio idcircò obſeſſus dici poſſit, (ut ex Pſ. 31. pag. 209. oſtenditur,) illuminatus tandem gratiæ Cœleſtis luce illud agnoſcit. pag. 431.

II. Et cognitum ſecum expendit, ac deteſtatur. pag. 434. & ſeq.

III. Denique perfectè idem illud confitetur. pag. 443. Ubi ſinceræ confeſſionis qualitates exponuntur. Ejusdemque fructus. pag. 444. & 449.

Ad hunc ſcopum facit modus confeſſionis tum generalis, tum particularis, quo in veteri lege utebantur, cumque indicat David. Pſ. 105. part. 3. pag. 120. ſeq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Beati qui audiunt Verbum DEI, & cuſtodiunt illud.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 118.

Beatitudo noſtra in DEI lege. Ejus impedimenta, & adjumenta.

PRimum oſtenditur. part. 3. à pag. 298. & ſeqq.

Secundum verò eadem part. à pag. 281. ubi ſex impedimenta recenſentur usque ad pag. 290.

Tertium denique ibid. à pag. 290. & ſeqq.

DOMI-

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMÆ.

Ex Evang. Joannis 6.

Accepit JESVS panes, & diſtribuit diſcumbentibus.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 111.

Ars omnium quæſtuoſiſſima eleemoſyna.

ITa eam appellant S. Hieron. & S. Chryſoſt. quam hodierno in Evangelio Chriſtus docuit exemplo ſuo, dum ex 5. panibus & duobus piſcibus in 5000. virorum diſtributis, accedente benedictione DEI reliqui cophini 12. fragmentorum collecti fuerunt.

Hanc eandem commendat David, & deprædicat in viro timente DEUM. Pſ. citato 111. v. 9. in quo

1. Docetur modus beneficentiæ illius in pauperes, in quos velut terram nigram ſemen aureum conjicitur. part. 3. pag. 220.
2. Ejusdem beneficentiæ geminus fructus promittitur. ibid. pag. 221. quem in ſe, ſuoque facto Chriſtus voluit demonſtrari, dum non ſolùm multiplicatum fænus ex paucis panibus diſtributis collectum eſt, ſed ipſe etiam Meſſias cognitus, & in Regem deſtinatus fuit à populo.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Vnde ememus panes, ut manducent hi!

CONCIO SECVNDA.

Ex Pſal. 110.

Panes Paſchales multiplicati, Evchariſtia.

I. QUemadmodum miſerator, & miſericors Dominus populo ſuo in deſerto panem ſubminiſtravit de Cœlo, qui figura fuit Evchariſtiæ, ita in hodierno Evangelio populo trans mare ſe ſequenti ex eadem commiſeratione panes à Chriſto multiplicati ejusdem Evchariſtiæ typus dici poſſunt. part. 3. pag. 206.

II. Hic panis Eychariſticus maximè circa Paſcha diſtribuitur (ſicut in Evangelio dicitur de tempore multiplicatorum panum. *erat autem proximum Paſcha)* & eâdem ceremoniâ multiplicatur, quam Chriſtus tum in hodierno Evang. adhibuit, ſcilicet: *accepit panes, & cum gratias egiſſet, &c.* tum in inſtitutione Sanctiſſimæ Eychariſtiæ, *qui pridie, quam pateretur, accepit panem, & gratias agens fregit, &c.* 1. Cor. 11.

III. Sicut in utroque typico pane ſuæ potentiæ, bonitatis, & miſericordiæ memoriale exhibuit, ita vel maximè in pane Eychariſtico per priores præfigurato, *memoriam fecit mirabilium ſuorum, &c.* ut part. 3. pag. 206. oſtenditur.

IV. Quæ verò mirabilia, & attributa divina in hoc pane Angelico demonſtrarentur à DEO, habetur. part. ead. pag. 107. & 208.

V. Ex quibus adhortatio deduci poteſt pro præparatione ad hunc panem dignè ſumendum, ſicut requiſita fuit tum in Evangelio hodierno, tum in eremo à Judæis.

De hâc præparatione agitur.

1. In Pſal. 23. part. 1. pag. 146. & ſeqq.
2. In Pſal. 42. ead. part. pag. 324. & ſeqq.
3. In Pſ. 98. part. 2. pag. 433.

Qui Pſalmi ſinguli materiam pro concione ſubminiſtrant. Ut infra.

DOMI-

DOMINICA PASSIONIS.

Ex Evang. Joannis 8.

Quis ex vobis arguet me de peccato?

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 31.

Puritas conſcientiæ quantum bonum!

I. SPeculum, & exemplum puritatis omnis meritò ſe Chriſtus exhibet in Evangelio etiam hoſtibus ſuis Judæis.

II. Quantum puritatis illius bonum ſit edoctus, malo proprio propter eam peccato admiſſo perditam tradit S. David, & ad eam hortatur, & inſtruit omnes, deplorans caſum ſuum. Pſal. 31. part. 1. pag. 260.

III. Ejusdem tres gradus. ibid. pag. 206. 207. 208.

IV. Ejusdem media vel conſervandæ, vel recuperandæ. pag. 208. & ſeqq.

E jusd. effectus oppoſiti effectibus peccati. ibid. pag. 213.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex Evang. ejusdem verbis.

Quis arguet me de peccato?

CONCIO SECUNDA.

Ex varijs Pſalmis.

De fructu præcipuo puritatis ſcilicet teſtimonio bonæ conſcientiæ.

1. HUnc fructum pro clauſulâ ſuprà dicti Pſalmi 31. & pro initio ſequentis poſitum. vid. part. 1. pag. 214. & 215.

2. De eodem, uti etiam ex oppoſito de remorſu malæ conſcientiæ agitur. Pſ. 50. part. 1. pag. 410.

3. Et eodem Pſalmo pag. 458. ubi is regnum DEI intra nos eſſe dicitur. Poteſt etiam ex occaſione puritatis agi de præcipuo ejus recuperandæ, vel conſervandæ medio, quod eſt confeſſio, de qua ex Pſ. 31. concion. prima ſupra dictum eſt. Item Dominicâ tertiâ quadrageſimæ concione primâ & ſecundâ.

DOMINICA PALMARVM.

Ex Evang. Matth. 21.

Dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus venit tibi.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 23.

De adventu Chriſti in animam per ſacram Communionem, & quomodo in eo Chriſtus excipiendus.

IN eadem Evangelij verba de adventu Chriſti in mundum ad reparandum genus humanum dictum eſt concione prima Dominicæ primæ adventûs. Hic de ejuſdem Chriſti adventu in animam per communionem ut agatur, tempus Paſchale exigit.

Hujus ſolennitatem ſeu modum quo excipiendus in eo eſt Chriſtus, docet Pſalm. 23. qui pro ſolenni translatione arcæ, quæ figura eſt Eucharistiæ; decantatus fuit, in quo

I. Advenientis Chriſti Majeſtas, & excellentia divina inculcatur ad reverentiam, & timorem excitandum.

II. Puritas conſcientiæ ad dignè excipiendum tantum Dominum, ejuſque benedictionem ſeu gratiam ſacramentalem percipiendam exigitur.

III. Devotionis actualis exercitia particularia erga eundem præſcribuntur. A typo arcæ translatæ ad veram arcam fœderis Chriſtum Dominum. vid. part. 1. à pag. 145. ad pag. 149.

Ad eundem ſcopum faciunt quæ traduntur.

1. In Pſ. 42. ead. part. à pag. 325. & ſeqq.
2. In Pſ. 98. part. 2. pag. 437. & ſeq. & 333.
3. In Pſ. 110. part. 3. pag. 260.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Solvite, & adducite mihi.

CONCIO SECUNDA.

Ex diverſis Pſalmis.

Quibus nexibus adſtringamur, & à Deo abſtrahamur.

Varios indicat S. David diverſis in Pſalmis.

PRimi generis ſunt, quibus hoſtes noſtri Dæmon, & peccatum miſeræ ſervituti mancipatos tenent. Ex Pſ. 115. v. 7. part. 3. pag. 248. & ſeq.

Secundi, qui vectes ferrei dicuntur. Pſ. 106. quibus nos molitæ concupiſcentiæ noſtræ conſtrictos habent. part. 3. pag. 148. & quomodo illi rumpendi. ib. pag. 149.

Tertij ſunt tentationum, de quibus Pſ. 118. v. 61. part. 3. pag. 317. & v. 110. pag. 351. contra quos laqueos tria aptiſſima media afferuntur i[illegible] id. Item Pſ. 139. v. 5. & 6. pag. 524. & 525. & Pſ. 141. v. 4. part. 3. pag. 141.

Quarti generis referuntur. Pſ. 123. peccatorum quibus incauti homines ſe induunt per infirmitatem, ſed mox eos gratia DEI illuminati abrumpunt per pœnitentiam. part. 3. pag. 418. & ſeq. Et de his quidem Chriſti illud *ſolvite* intelligitur. Nam inſolubiles ſunt.

Quinti generis Impœnitentiæ, & damnationis de quibus, Pſ. 10. v. 7. part. 1. pag. 64. & ſeq. in quos ne incidamus, ſolvendi, & rumpendi priores, adhibitis mediis in ſuperioribus aſſignatis.

Vide etiam Pſ. 140. v. 10. & 11. part. 3. pag. 538.

IN PARASCEVE, SEU DIE VENERIS SANCTO.

De paſſione Chriſti.

Ex Evang. S. Joann. cap. 9.

Ecce homo!

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 21.

Quæ, & quanta Chriſtus paſſus ſit.

S. David ita Chriſti paſſionem dictante Spiritu S. graphicè. Pſal. 21 deſcribit, quaſi ex Evangelica hiſtoria ab eo lecta ante fuiſſet. Dum præſertim diſtinctè, & minutim in particulari omnia capita & genera bonorum percurrit, in quibus Chriſtus paſſus fuit. Et

1. Quid in honore. v. 7. part. 1. pag. 131.
2. Quid in bonis, & doloribus externis corporis. v. 12. 17. 18. pag. 233. 234.
3. Quid in animo, ſeu internis doloribus. v. 14. & 15. p. 233.
4. Quid in bonis externis. v. 19. p. 134.
5. Quid in amicis. v. 20, pag. 135.
6. In vita pretioſiſſima. v. 11. pag. 133. Vide medit. 22. in Pſal. 21, part. 1. punct. 2.

DE EADEM CHRISTI PASSIONE.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. eod.

Attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Thren. 1.

Cauſa ob quas Chriſti dolores acerbiſſimi extiterunt.

CHriſtus in cruce pendens Pſalmum Davidis 21. *DEUS, DEUS meus* voce clara inchoavit, ut Evangeliſtæ teſtantur, & poſtmodum in illo ſilentio trium horarum reliquam abſolvit partem meditando cum diviniſſimis affectibus Juſtino martyre authore DEO Patri repræſentans paſſionem, & dolores ſuos, qui acerbiſſimi fuerunt ex his capitibus.

1. Quo

1. Quod ab omni ſolatio humano, & divino deſtitueretur, v. 1. Deus meus, &c. p. 129.
2. Quod pro peccatis totius mundi pœnas illas exſolverit, v. 2. p. eâd.
3. Quod licet Patrem æternum filius unigenitus deprecaretur, ut tolleretur à ſe calix iſte, non tamen exauditus ſit, ſed pro ſalute hominum neceſſe fuerit eum haurire. v. 2. p. 130.
4. Quod redemptio humani generis, & ſatisfactio pro peccatis noſtris, quorum infinita erat offenſa, pœnas, & ſatisfactionem ſimilitèr propè infinitam exigeret ex DEI juſtitiâ. v. 3. p. eâd.
5. Quod videret Chriſtus paſſionem ſuam quantumvis amariſſimam effectu carituram tum apud gentem Iſraëliticam, ex quâ erat oriundus, tum apud alios plurimos. verſ. 4. 5. 6. p. 130. & 131. vid. med 22. in Pſ. 21. part. 1.

DE EADEM PASSIONE.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 40.

Suſtinui qui ſimul contriſtaretur. Pſalm. 68.
De compaſſione cum patiente Chriſti.

PRimâ parte ſingulares favores, & retributiones quibus DEUS remuneratur eos, qui Chriſti paſſionem devotè recolunt, referuntur puncto primo medit. 43. in Pſ. 40. p. 303. & ſeq.

Secundâ hoſtium Judæorum & proditoris Judæ ingratitudo, & perfidia in machinandâ nece Chriſto perſtringitur à Chriſto ipſo. Vid. punct. 2. ejusd. medit. part. 1. pag. 308.

Tertiâ parte Chriſti ad DEUM recurſus, reſignatio, fiducia, & gratiarum actio quibus in his doloribus ſe exercuit, affertur, quæ imitari nos convenit. punct. 3. medit. ejusd. pag. 311.

1. De paſſione Chriſti Domini. vide 1. med. 22. in Pſ. 21. punct. 3. ubi habentur paſſionis Chriſti fructus præclari. p. 136. & ſeqq.
2. Part. 2. p. 153. 8. alij fructus.
3. Et eâd. part. p. 149. ea quæ in cruce Chriſtus ſuſtinuit.
4. Ex part. 3. pag. 201. paſſio Chriſti torrenti comparatur.
5. Quæ habentur Pſ. 39. medit. 42. ubi vel Eccleſia, vel Chriſtus ejus nomine pro beneficio Redemptionis gratias agit, enumerans ſeriem myſteriorum vitæ, paſſionisque ſuæ, & ſe ipſum in hoſtiam offerens excidio hoſtium propheticâ imprecatione prænunciato.
6. Item quæ Pſ. 54. habentur de Chriſti patientiæ exemplo in tolerandâ Judæorum, & Judæ proditoris perfidiâ, in figurâ Davidis nobis propoſito. part. 2. pag. 22. & ſeqq.
7. Item Pſ. 68. qui habet Chriſti patientis in ſe, & in Eccleſiâ ſua Orationem. part. 2. p. 143. & ſeqq.
8. Item ſimul expoſitionem eorum, quæ Chriſtus paſſus eſt. pag. 148. & 149. ibid.
9. Item pœnarum, & ſuppliciorum prædictionem ingratis Judæis. pag. 150. & ſeqq. ibid.
10. Item fructus qui ex Chriſti paſſione promanarunt. pag. 154. & ſeq. ibid.
11. Item Pſ. 69. qui habet Orationem pendentis Chriſti in cruce ad Patrem, & continetur in Pſ. 39. in quo etiam Chriſtus exponit æterno Patri ſeriem vitæ, & paſſionis ſuæ. part. 1. pag. 295. usque ad pag. 300. cum prædictione effectuum paſſionis ſuæ tam quoad hoſtes, quam quoad fideles ſuos. pag. 301. ut ſuprà dixi n. 1.
12. Item in Pſ. 37. medit. 40. punct. 2. part. 1. pag. 78. & ſeq.

Pro paſſione Chriſti explicandâ ſerviunt etiam.

13. Pſ. 34. qui eſt oratio Chriſti ad DEUM contra hoſtes ſuos, quâ (à v. 13. præſertim) patientiam ſuam proponit nobis imitandam. part. 1. pag. 239. & ſeq. & pro ſua anima, & Reſurrectione Deum orat. pag. 243.

14. Pſ. 37. à v. 8. brevis expoſitio eorum quæ Chriſtus paſſus eſt, æterno Patri facta. p. 1. pag. 278. & 279.

15. Item Pſ. 39. v. 16. & 17. p. 1. pag. 298. & ſeq. in quo habetur brevis expoſitio vitæ, & paſſionis Chriſti DEO Patri facta, tum quoad munus Doctoris ſeu Prædicatoris in vita, tum quoad munus Redemptoris in paſſione, & morte à v. 8. usque ad 18. pag. 295.

16. Item Pſ. 54. argumenti cum priore non valde diſſimilis. Ubi & de oratione Chriſti triplici tempore, in paſſione facta. pag. 30.

17. Item Pſ. 55. p. 2. pag. 37. & ſeqq.

18. Item Pſ. 63. qui habet orationem Chriſti pro ſe, & pro membris ſuis fidelibus contra hoſtes. part. 2. pag. 94. & ſeq. effectibus etiam recenſitis qui inde conſecuti ſunt. pag. 98. Item Pſal. 58. qui eſt oratio Chriſti in morte, & ſepulchro ad DEUM patrem cum prædictione pœnarum hoſtibus ſuis infligendarum. part. 2. pag. 59.

19. De Chriſti oratione in horto præfigurata per orationem Davidis anguſtiaſti. Et ejusdem qualitatibus, cauſis, aliisque circumſtantiis habetur. Pſ. 54. part. 2. pag. 22. & ſeqq.

DOMINICA RESURRECTIONIS.

Ex Evang. Marc. 16.

Nolite expaveſcere.

vel

JESUM quæritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 9.

De gratiarum actione pro Redemptionis, & Reſurrectionis Chriſti beneficio.

QUam laudem David ob victorias de hoſtibus ſuis reportatas, reddit DEO Pſ. 9. ſenſu liberali. Eandem ſenſu allegorico multò potiori jure idem S. David reddit in perſona Chriſti (SS. PP. interpretibus) ob victos hoſtes, peccatum, mortem, Infernum per paſſionem, & reſurrectionem ſuam, quem ſenſum à Spiritu S. intentum

ſatis profitetur ipſe Propheta David Pſalmi inſcriptione, quæ eſt *pro occultis filij ſcilicet* DEI Chriſti. vid. titul. & argument. Pſ. 9. pag. 48. & 49.

Hinc exultabundus à lætiſſimo Alleluja, & geſtiens exorditur. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*, &c. v. 1. 2. & 3. p. 49. vid. punct. 1. medit. 9. in eundem, Pſ. 9.

Enarrat mox nobiliſſimos effectus ex hâc victoriâ conſecutos, quorum

1. Eſt emancipatio humani generis è ſervitute Diabolica, & Litis graviſſimæ, quæ ipſum inter genus humanum, & Dæmonem intercedebat, cui per peccatum obnoxium erat, diremptio, & abolitio, transfixo Chirographo in cruce per mortem ſuam, de quo Apoſtolus ad Col. 2. v. 4. p. 50.
2. Debellato, & detriumphato Dæmone, mundi converſio. verſ. 5. pag. ead.
3. Idololatriæ, & impietatis, Idolorumque deſtructio propagatâ Chriſti ubique fide. v. 5. pag. eâd.
4. Tyrannicæ Dæmonis poteſtatis ipſo exarmato ſubverſio. verſ. 6. pag. 51.
5. Gentiliſmi everſio nequicquam omni molimine contranitentibus, & tumultuantibus Regibus, Principibus, &c. idololatris perſiſtente inter hæc firmiſſimè Chriſti Eccleſiâ. v. 7. pag. eâd.
6. Judiciaria poteſtas orbis univerſi Chriſto acquiſita. v. 8. eâd. p.
7. Chriſtus advocatus generis humani apud Patrem Cœleſtem conſtitutus. v. 9. pag. 51. & 52.
8. Ex quibus tenera ſpes, & confidentia filialis in fidelium animis progenerata eſt. v. 10. pag. 52. vid. punct. 2. medit. 9. in Pſ. 9.

DE

DE EADEM RESVRRECTIONE CHRISTI.

Ex eodem Evang.

Emerunt aromata.

CONCIO SECUNDA.

Ex eod. Pſal. 9.

Septem aromata, ſive grati animi affectus, vel gratiarum actionis modi, quibus beneficium Redemptionis proſequendum.

PSal. 9. v. 11. 12. 13. 14. &c. usque ad 21. pag. 53. 54. 55. Vide punctum tertium medit. 9. in Pſ. 9.

PRO EADEM DOMINICA RESURRECTIONIS.

Ex eod. Evang.

Surrexit non eſt hîc.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 58.

Chriſtus è ſepulchro reſurgens præfiguratus à Davide.

SIcut David domi ſuæ à ſatellitibus Saulis obſeſſus ad DEUM pro liberatione orat, & ope conjugis relictis in lecto pellibus caprinis ad caput ejus poſitis evadens ſatellitum manus, liber DEO gratias agit. Ita Chriſtus (S. Auguſtini, Theodoreti, &c. PP. ſenſu allegorico), in ſepulchro cuſtoditus à ſatellitibus, inde reſurgit virtute propriâ non reſerato ſepulchro, relictis ſindonibus cui etiam Davidis oratio aptatur, à v. 1. ad v. 6. & gratiarum actio, à v. 17. ad finem. Reliqua pars media, à v. 6. ad v. 16. continet prædictionem pœnarum quæ hoſtibus Judæis Chriſti interfectoribus acciderunt, quæ ſervire etiam poteſt. part. 2. Pſ. 58. & ſeqq.

Quæ morali ſenſu applicari poſſunt per pœnitentiam cum Chriſto reſurgentibus, qui invocatâ gratiâ DEI ſepulchrum ſuum, & pannos mortuales peccatum deſerunt, ita ut de ijs dici poſſit: *Non eſt hîc.*

PRO EADEM DIE RESVRRECTIONIS CHRISTI.

Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in eâ.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 117.

Gaudium, & plauſus ob Chriſtum reſurgentem.

VErſiculum pro themate poſitum per totam octavam Reſurrectionis frequentiſſimè repetit Eccleſia, & Pſalmum ex quo deſumptus omnibus Dominicis ad primam præſcribit. In eo;

1. Chriſtus hortatur ad lætitiam, & gratiarum actionem Eccleſiam pro ſe. part. 3. pag. 254.
2. Beneficia DEI erga ſe enarrat commemoratis hoſtium ſuorum contra ſe conatibus. pag. 256.
3. Suam exaltationem recenſet, & DEO fert acceptam, additis precibus & hortatione ad feſtivam lætitiam. pag. 260. & ſeq.

DE EADEM RESVRRECTIONE CHRISTI.

Ex Evang. Matth. 16.

JESUM quæritis Nazarenum : ſurrexit.

CONCIO QUINTA.

Ex Pſal. 107.

Chriſti reſurgentis affectus.

EOs ferè qnadruplices per modum dialogi diſtinguit S. David hoc Pſalmo repetitos, ex Pſ. 56. & 59.

Primus eſt Animæ Chriſti erga DEUM continens perfectiſſimam laudem. v. 1. & 2. part. 3. pag. 168. & part. 2. pag. 48. in Pſ. 56.

Secun-

Secundus eſt ejuſdem animæ ad corpus ſuum mox glorificandum parænesis, v. 3. pag. 168. & ſeq. ad concordi laude DEUM glorificandum, quod idcircò vocat gloriam ſuam & Pſalterium & Citharam, quorum explicationem habes etiam Pſ. 56. v. 10. part. 2. pag. 49.

Tertius eſt corporis ad reſurgendum invitati reſponſio per proſopœjam inducta. part. 3. pag. 169. quæ etiam part. 2. pag. 50. latius exponuntur.

Quartus animæ, corporiſque glorificati & reuniti concors laus, & gratiarum actio, v. 4. & ſeq. part. 3. pag. 169. & ſeq. quæ fuſiùs explicantur in Pſ. 56. part. 2. pag. 50. & 51.

FERIA SECVNDA PASCHÆ.

Ex Evang. Luc. 24.

Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 21.

De fructibus qui ex Chriſti paſſione, & Reſurrectione promanant.

IURE merito de Chriſti paſſione Eccleſia canit in benedictione cerei Paſchalis. *O mira circa nos tua pietatis dignatio! ô inæſtimabilis dilectio Charitatis, ut ſervum redimeres, filium tradidiſti! ô certè neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt; ô felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem!* Ob præclariſſimos fructus conſecutos ex Chriſti paſſione, & morte, ad quos unusquisque fidelium cooperari debet, ut pro tanto beneficio ſe gratum exhibeat.

1. Eſt glorioſa Chriſti de inimicis ſuis ſcilicet Peccato, Morte, Dæmone, &c. Victoria per reſurrectionem. v. 20. 21. 22. pag. 135. & ſeq.
2. Ejusdem celebratio, laus, gratiarum actio, & conſolatio Fidelium, tum quibus poſt reſurrectionem apparuit, tum conſequentium aliorum, totiuſque poſteritatis. v. 2. 3. 4. pag. 136.

3. Filialis

3. Filialis timor, amor, & congratulatio Eccleſiæ erga DEUM propter Chriſtum victorem per reſurrectionem glorioſam, v. 25. 26. 27. p. eâd. & ſequenti 137.
4. Sacrificia Eucharistica à fidelibus voti cauſa perſoluta in immolatione, & ſumptione agni Paſchalis Chriſti per Communionem, & ſacrificium miſſæ, v. 27. 28. p. 137.
5. Converſio tum infidelium ad fidem, tum fidelium ad vitam meliorem ex prædicatione, & recordatione tanti beneficij, v. 29. 30. 31. eâd. pag. & ſeq. 138.

PRO EADEM FERIA SECUNDA PASCHÆ.

Ad eadem Evangelij verba.

Nonne hæc oportuit pati Chriſtum.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 109.

Paſſio Chriſti via ad ejus Reſurrectionem, & gloriam.

HÆc concio digeſta in ſua puncta habetur Dominica in Quinquageſima in verba Evangelij Luc. 18.
Ecce aſcendimus Jeroſolymam.

FERIA TERTIA PASCHÆ.

Ex Evang. Luc. 24.

Illis non credentibus, & admirantibus præ gaudio.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 125.

Gaudium liberati mundi.

GRæcorum à Romanis deviſtorum, & priſtinæ libertati reſtitutorum inexplicabile gaudium (quod ex Livio affertur, pag. 435. part. 3.)

part. 3.) gaudij illius, quô cum Apoſtolis univerſus mundus meritò hodiè exultat, paradigma, & figura ſtatui poteſt. Ob communem utriusque cauſam libertatem ſcilicet recuperatam illorum quidem à Romanis, illius verò à jugo, & ſervitute plusquam tyrannicâ Dæmonis, & peccati. Deſcribit illud tum internum, tum externum David ſub figurâ populi Iſraëlitici. Pſ. 125. part. 3. pag. 424. 425. & ſeqq. adjunctâ apprecatione ad DEUM pro liberatis, ac liberandis.

Quantum porrò beneficium hoc liberationis ſit, videri poteſt ex Pſ. 101. part. 3. pag. 36. & ſeq. Item Pſ. 9. part. 1. pag. 49. & 50.

PRO EADEM RESVRRECTIONE, ET FERIA TERTIA PASCHÆ.

Ex eodem Evang.

Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine ejus Pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 9.

Reſurrectionis Chriſti effectus.

PRima pars Pſalmi continet gratiarum actionem Chriſti quam Redemptionis noſtræ beneficium meritò exigit ob victoriam, & triumphum de hoſtibus, ex quorum poteſtate per Chriſtum vindicati ſumus.

Secunda pars octo hujus victoriæ, & liberationis, ſeu Redemptionis noſtræ præclariſſimos effectus recenſet.

Tertia pars Adhortationem habet ad gratitudinem pro hoc beneficio, & modus ejus, ſeu actus grati animi, præſcribit quibus hoc beneficium eſt proſequendum.

PRO EADEM FERIA TERTIA PASCHÆ.

Ex Evang. Luc. 24.

Stetit in medio eorum.

CONCIO TERTIA.

Ex cantico Habacuc.

Chriſtus ubique medius, & mediator.

OStenditur id medit. in cantici memorati, Habac. verſ. 3. diſcurſu exquiſito quoad ſenſum tum literalem, tum allegoricum, tum moralem. part. 4. punct. 1.

Pro reſurrectione Chriſti materiam concionis inſuper ſubminiſtrant.

1. Pſalmus 2. inanes conatus hoſtium contra Chriſtum narrat, Chriſti verò exaltationem, & in omnes imperium per reſurrectionem. part. 1. pag. 12. & ſeq.
2. Item Pſ. 3. Ejusdem ferè argumenti. eâd. part. pag. 18. & ſeq.
3. Item Pſ. 15. qui vocatur oratio Chriſti à SS. PP. & Chriſto applicatur à SS. Apoſtolis, Actor. 2. & 13. part. 1. pag. 83. 84. & 86. 87.
4. Item Pſ. 19. qui continet vota, & apprecationes Chriſto factas pro glorioſo Redemptions noſtræ futuro ſucceſſu. p. 1. pag. 118.
5. Item Pſ. 20. qui gratulatorios affectus eidem Chriſto factos propter felicem ſucceſſum Redemptionis peractæ, & gloriam ejusdem Chriſti continet. p. 1. pag. 124. & ſeqq.
6. Item Pſ. 27. quo David in perſonâ Chriſti orat pro Reſurrectione, & glorificatione poſt paſſionem. part. 1. pag. 172. 173. & 176.
7. Item Pſ. 29. qui laudem, & gratiarum actionem habet Chriſti pro Reſurrectione, & dedicatione per gloriam corporis ſui. part. 1. pag. 188. 189. 190. 192. 193.
8. Item Pſ. 39. qui habet gratiarum actionem Chriſti pro Reſurrectione ſuâ. part. 1. pag. 293. & ſeq.

9. Item

9. Item Pſ. 56. qui Davidem in ſpeluncâ Engaddi latitantis figuram proponit Chriſti ſepulti. Ejus corpus incorruptum prædicens, & orationem animæ ejuſdem pro accelerandâ Reſurrectione inducens. part. 2. pag. 44. & ſeqq. præſertim à pag. 48. & ſeq. Vid. Concionem quintam pro Dominica Reſurrectionis.

DOMINICA PRIMA POST PASCHA.

Ex Evang. Joannis 26.

Pax vobis.

CONCIO.

Ex diverſis Pſalmis.

Quantum ſit bonum pax, quotuplex illa, & quæ impedimenta illius, & media.

PRimum colligitur ex Pſ. 121. v. 6. 7. 8. Ubi pacis nomine apprecatio omnium bonorum intelligitur, quam idcircò more uſitato apud Judæos Chriſtus ſuis Apoſtolis, & fidelibus apprecatus fuit, juſſitque ſuos, ut alijs apprecarentur Davidis monitu. part. 3. pag. 408. & ſeq.

Secundò. Hanc pacem ſuæ Eccleſiæ non ſolùm triumphanti, ſed etiam militanti propriam eſſe voluit. Ex Pſ. 147. v. 3. eâd. part. pag. 593. & Pſ. 75. v. 2. part. 2. pag. 207. & ſeq. & pag. 173. ibid.

Tertiò. Pax ſtrato molliſſimo comparatur. Pſ. 2. part. 1. pag. 28. & ſeq.

Quartò. Impedimenta triplicis pacis cum DEO, cum proximo, & ſecum ipſo habet. Pſ. 33. part. 1. pag. 230. & ſeq.

Quintò. Media aſſignantur, tùm Pſ. 36. part. 1. pag. 258. tum Pſ. 118. part. 3. pag. 384. & ſeq. tum Pſ. 50. part. 1. pag. 458.

DOMINICA SECVNDA POST PASCHA.

Ex Evang. Joannis 10.

Ego ſum paſtor bonus.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 22.

Encomia ſeu qualitates boni paſtoris Chriſti.

SEptem referuntur ex Bellarmin. boni paſtoris officia, quibus Chriſti paſtoris optimi ſub allegoria paſtoritiæ directionis cura erga fideles, oviculasque ſuas deſcribitur, & dilaudatur. vid. in argumento ejusd. Pſ. 22. part. 1. pag. 140. Vide etiam Pſ. 2. v. 9. part. 1. pag. 15.

PRO EADEM DOMINICA.

In eadem verba ejusdem Evangelij.

CONCIO SECUNDA.

Ex eod. Pſal. 22.

Proviſor DEVS paſtor optimus.

SUaviſſima DEI providentia, quâ ſuos inſtar paſtoris oviculas in hac vita ad Cœlum deducit, tribus præſertim declaratur.

1. Directio ovicularum in proſperis. 2. Earundem defenſio in adverſis. 3. Illarum deductio per hanc vitam ad caulas cœleſtes, ſeu gloriam, & vitam æternam. Quæ latè explicat medit. 24. in dictum Pſ. 22. à pag. 140. ad pag. 145.

DOMI-

DOMINICA TERTIA POST PASCHA.

Ex Evang. Joannis 16.

Modicum.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 38 & 89.

Modicum vitæ noſtræ brevitas, & vanitas eſt.

I. BRevitas vitæ noſtræ, de qua dici poſſit quod modica ſit, deſcribitur, Pſ. 89. v. 4. 5. 6. eleganti ſimilitudine duplici, part. 2. p. 347. & ſeq. uti etiam Pſ. 38. v. 7. part. 1. pag. 284.

II. Vanitas ejusdem vitæ noſtræ eod. Pſ. 38. v. 8. 9. 10. part. 1. pag. 285. Cujus vanitatis exempla adduntur ibid.

III. Ex his deducitur corollarium hoc: aſpernanda omnia hujus vitæ præ altera æterna. Ibidem pag. 285. & 286.

Huc etiam faciunt quæ habentur.

1. Pſ. 41. v. 8. part. 1. pag. 320. & ſeq.
2. Pſ. 83. v. 11. & 12. part. 2. pag. 283.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Triſtitia veſtra convertetur in gaudium.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 125.

Solatium patientiæ ſpes futurorum.

HOc ſubminiſtrat David tum Pſ. 125. v. 5. 6. 7. 8. vid. part. 3. p. 427. & ſeqq.

Tum etiam Pſ. 121. ibid. pag. 401.

DOMINICA QVARTA POST PASCHA.

Ex Evang. Joannis 17.

Nemo interrogat me quo vadis.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 16.

Scientia ſalutis, ſeu viæ ad Cœlum.

I. QUàm hæc cognitio digna homine, & neceſſaria ſit, & quàm nihilominus pauci de eâ laborent, juxta illa verba: *nemo interrogat me.* Explicatur in v. 1. hujus Pſalmi part. 1. pag. 78.

II. Viæ autem ad Cœlum quæ per illud *quo vadis*? ſignificantur, demonſtrantur à v. 2. usque ad v. 6. ibid. pag. 80. & 81.

III. Brevi ſynopſi eadem recapitulantur, & inculcantur, v. 7. pag. 82.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Quia ad Patrem vado.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 121.

Solatium exulum, & peregrinorum ſpes patriæ, & parentum reviſendorum.

HUjus nos memoria, & recordatio meritô excitare debet in omnibus adverſis, ut cogitemus: *vado ad patrem*, & Patriam ex vitæ hujus exilio & peregrinatione. Sicut Pſ. 121. ſe captivi Babylonici ad lætitiam excitarunt ſpe reviſendæ Hieroſolymæ terreſtris, quæ figura cœleſtis eſt, ut per comparationem utriusque inter ſe oſtenditur. part. 3. pag. 401. & ſeqq.

Hujus patriæ deſiderium acuitur ex illis quæ Pſ. 41. dicuntur. v. 6. & ſeqq. part. 1. pag. 319. & ſeqq.

DOM

DOMINICA QVINTA POST PASCHA.

Ex Evang. Joannis 16.

Si quid petieritis Patrem.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 140.

Orationis perfectiſſimæ prototypon.

PRoponitur illud citato Pſ. v. 2. part. 3. pag. 531. & ſeq. Per ſimilitudinem incenſi ſoliti adoleri in veteri Teſtamento.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Petite & accipietis.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 5.

Bonæ orationis conditiones.

BOnæ orationis qualitates in ſuo exemplo docet David, Pſ. 5. part. 1. pag. 30. & ſeq.

Item Pſ. 129. part. 3. pag. 447. & ſeq.

Ad hanc materiam revocari poſſunt variæ orationum formæ quæ docentur in diverſis Pſalmis. V. G.

1. Pſ. 27. qui prototypa habet orantis in gravi neceſſitate conſtituti, part. 1. pag. 172. & ſeq.
2. Oratio Davidis in perſecutione, ibid. pag. 545. & ſeq.
3. Oratio Davidis reſipiſcentis, ejuſque motiva, ibid. pag. 551. & ſeqq.
4. Orationis motiva, part. 2. pag. 282. & part. 3. pag. 548.
5. Orationis vis, & efficacia, part. 3. pag. 129.
6. Orandi locus ubique apud Chriſtianos, ſicut & omne tempus eſt, part. 3. pag. 70.

In

IN DIE ASCENSIONIS.

Ex Evang. Marc. 16.

Dominus quidem JESUS aſſumptus eſt in Cœlum. Illi autem profecti prædicaverunt.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 46.

Plauſus univerſalis Eccleſiæ ob Chriſti aſcenſionem, & ſubditas illi gentes per prædicationem.

I. SIngulariſſimus, & extraordinarius plauſus qui hoc Pſalmo exigitur, v. 1. & v. 6. & 7. ob arcam, quæ Chriſti figura fuit, elevatam in montem Sion, multò rectius ipſi Chriſto præfigurato tribuitur ab Eccleſia, & SS. PP. part. 1. pag. 313.

II. Chriſto enim multò aptius conveniunt cauſæ hujus jubili, & gratulationis. Ex quarum numero quæ v. 5. ponitur principaliter primo loco poni poteſt. pag. 375. tum illa quæ additur, v. 2. & 7. pag. 374. & 377. poſtea reliquæ ſine ordine.

III. Denique congratulandi modus in translatione arcæ adhibitus Chriſto elevato accommodari aptè poteſt.

PRO EODEM FESTO.

Ex eod. Evang.

Sedet à dextris DEI.

CONCIO SECUNDA.

Ex medit. in hymnum SS. Ambroſij & Auguſt. verſ. 18.

Tu ad dexteram, &c.

PRO

PRO EODEM FESTO.

Ex ejusd. Evang. Verbis:

Sedet à dextris.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 67. & 109.

Ejusdem argumenti,

id eſt.

Regi Chriſto ad dexteram Patris ſedenti ſolennis aggratulatio ab Eccleſiâ.

QUomodo Chriſto & quando datum ſedere ad Patris dexteram. p. 3. pag. 162. ob quem honorem merito ei gratulatur Eccleſia.

Hujus autem congratulationis cauſæ, præter illam principalem exaltationis Chriſti, v. 1. & 7. part. 2. p. 124. & 127. hæ quoque afferuntur.

I. Deſtructio Regni, & omnis poteſtatis diabolicæ, v. 1. ex figurâ arcæ. part. 2. pag. 124. & ſeq.

II. Conſtitutio novi regni ſui, ſive Eccleſiæ, v. 6. & ſeqq. ib. pag. 125.

III. Modus ſolennis congratulationis præſcribitur. verſ. 4. & ſeqq. pag. 125. & ſeqq.

PRO EODEM FESTO.

Ex ijsdem verbis Evang.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 23.

Via quam Chriſtus aſcendens in Cœlum nobis monſtravit.

REliquit ille quidem impreſſa veſtigia in monte Olivarum, ſed ſecuriora ſunt, quæ ſignavit per Davidem hoc Pſalmo, quem in explanatione tametſi SS. Eucharistiæ accommodaverimus, medit. 25. in eund. Communi tamen Patrum ſenſu de Chriſto intelligitur per arcam translatam præfigurato. Cujus

1. Eminentia, quam conſecutus eſt, deſcribitur, quod in Regem Orbis univerſi elevatus ſit, part. 1. pag. 146.
2. Via eum ſequenti aperitur, pag. 147.
3. Cœleſtes Principes inclamantur ad aperiendas portas æternales Regi gloriæ, & Domino virtutum.

Poteſt huc etiam referri Pſ. 117. Quem ſupra pro Reſurrectione Chriſti concione ſecundâ poſuimus.

PRO EODEM FESTO. ASCENSIONIS.

Ex ejuſdem Evangelij verbis.

Dominus Jeſus aſſumptus eſt in cœlum.

Vel ex illis Act. 1.

Videntibus illis elevatus eſt.

CONCIO QVINTA.

Ex Cantic. Moyſ. Deut. 32. ℣. 15.

Sicut aquila provocans ad volandum pullos ſuos.

CHriſtus aquilæ variis locis S. Scripturæ comparatur, præſertim à S. Job. cap. 39. & hic à Moyſe in ſuo Cantico.

Illius comparationis Moſaicæ fuſiores explicationes SS. PP. præſertim verò S. Hieron. & S. Ambr. vid. medit. 7. in hoc cantic. part. 4. punct. 2. in verſum 15. citatum, & ſeqq. quæ Chriſto accommodantur non inconcinnè ab ijsdem Patribus.

DOMINICA SEXTA POST PASCHA.

Ex Evangel. Johannis 15. & 16.

Cùm venerit Paraclytus.

CONCIO.

Ex Pſal. 50.

Spiritûs S. in animam venientis effectus.

1. ES animi nitor, & puritas, quâ ſuper nivem eam dealbat, part. 1. pag. 448.

2. Variis

2. Varijs donis animam exornat per gratiam, ibid. pag. 457.
3. Corroberat, & confirmat in bono, & inter adverſa, ibid. pag. 460.
4. Omni genere bonorum operum erga Deum liberalem, ſe exhibere hominem facit, docens omnem veritatem, ib. pag. 461.
5. Paraclitum, ſeu Conſolatorem per ſpiritualia ſolatia ſe animæ præbet, ib. pag. 458.

Poteſt huc etiam applicare gratiarum actio Davidis, quâ pro effectibus gratiæ divinæ ſibi præſtitis, partim gratias agit, Pſalm. 70. part. 2. pag. 162. & ſeq. partim eos erga ſe continuari orat, ibid. pag. 164.

IN FESTO PENTECOSTES.

Ex Evang. Joan. 14.

Spiritus Paracletus, quem mittet Pater in Nomine meo.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 67.

De miſſione Sancti Spiritûs.

I. PRædicta illa, quemadmodum cætera Chriſti reſurgentis, & aſcendentis myſteria à S. David Prophetico Spiritu edocto, Pſ. 67. in figura beneficiorum, quæ Iſraelitico populo collata fuerunt, præſertim à v. 8. part. 2. pag. 129. 130. & ſeqq.
II. Quales, & quomodo diſpoſitos invenerit primos fideles S. Spiritus, pag. 130.
III. Quinam effectus S. Spiritûs in fideles, & Apoſtolos extiterint à v. 11. pag. 130. & ſeqq.
IV. Et præſertim in Eccleſiam à v. 14. pag. 132. & ſeqq. atque hoſtes ejus pag. 135.

DE EODEM FESTO.

Ex eod. Evang.

Ille docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia.

CONCIO SECUNDA.

Ex eod. Pſal. 67.

Varius influxus Chriſti in Eccleſiam per Spiritum ſanctum.

A Verſ. 6. Illo declaratur per multos conſequentes: & S. Spiritûs effectus in Apoſtolos, primosque fideles, atque Eccleſiam exponuntur per comparationem, & figuras beneficiorum, quæ in Vet. Teſtamento Iſraëlitis DEUS contulit.

PRO EOD. FESTO PENTECOST.

Ex eodem Evang.

Paracletus autem Spiritus ſanctus.

CONCIO TERTIA.

Ex doxologiâ Gloria Patri.

Qualis gloria Spiritui S. à nobis debeatur, & quæ ejus in nos beneficia.

De hâc materiâ copioſè agitur meditatione ultimâ. part. 4. punct. 2. ubi ſancti Spiritus beneficia in nos, effectusque latè referuntur.

PRO EODEM FESTO.

In eadem verba.

Paracletus Spiritus ſanctus,

CONCIO QUARTA.

Ex hymno SS. Ambroſ. & Auguſt.

De tribus his nominibus S. Spiritûs.

Ex tot nominibus, & elogiorum titulis quibus inſignitur S. Spiritus à Scripturâ, & Eccleſiâ (quorum aliqua referuntur. part. 4. med. II.

med. II. punct. 2.) hæc tria à Chriſto in hodierno Evangelio & alibi cur illi dentur, ut 1. Paracletus. 2. Spiritus. 3. Sanctus dicatur.

Expenditur in citatâ medit. part. 4. punct. 2. in v. 13. Hymni Te DEUM laudamus.

Quibus addi poſſunt.

1. Ex part. 1. p. 457. Quid Spiritus S. in homine habitans operetur.
2. Quomodo ab eo aufferatur. ibid.
3. Adverſatur impuritati. ibid.
4. Ejus dona aufferuntur à Luxuriâ inquinatis, & dantur in præmium continentiæ ſtudioſis. ibid.
5. Cur Spiritus Principalis dicatur. pag. 460.

PRO EOD. FESTO PENTECOST.

Ex eod. Evang.

Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit.

CONCIO QUINTA.

Ex Pſal. 72.

Conformitatis perfectæ cum DEO prototypon.

PRæbet id S. David, qui ex conſideratione Divinæ providentiæ & judiciorum DEI, in quantam extaſin velut raptus nobiliſſimos modos conformitatis cum divinis judicijs proponit. part. 2. pag. 288.

FERIA SECUNDA PENTECOSTES.

Ex Evang. Joan. 3.

Sic DEUS dilexit mundum.

CONCIO PRIMA.

Ex medit. ultimâ in Gloria Patri.

Amor DEI erga homines.

DEclaratur ille ex beneficijs varijs DEI erga homines, maximè quod filium ſuum mundo dederit Salvatorem, ubi hic verſiculus:

Sic Deus dilexit &c. fuſius, & pathetice expenditur part. 4. medit. ult. punct. 2.

Huic materiæ poteſt accedere.

1. Quomodo Chriſtus dilexerit mundum, ſeipſum pro illo dando in mortem, p. 4. ead. Medit. & punct. 2.

2. Item Pſ. 129. part. 3. pag. 453.

FERIA TERTIA PENTECOSTES.

Ex Evang. Joannis 13.

Ego veni, ut vitam habeant.

CONCIO.

Ex Pſal. 103. & 118.

Chriſtus vitæ animæ noſtræ Author, Conſervator, & Vita ipſa.

I. MIrabilis providentia, quam David in animalium vita conſervanda in Deo miratur, & laudat, multò mirabilior eſt, & laudabilior in reſtituenda, conſervanda, & renovandâ vitâ ſpirituali, quod fit per Spiritum, juxta v. 30. Pſ. 103. *Emittes ſpiritum tuum &c.* part. 3. pag. 86.

II. Quid verò, & quotuplex vita animæ ſit, declaratur in Pſ. 118. v. 77. part. 3. pag. 330.

III. Hujus vitæ Autorem imò vitam ipſammet eſſe Chriſtum, qui venit, *ut vitam habeamus*, deducitur ex ejuſd. Pſ. v. 37. 40. & 41. part. 3. pag. 301. 302. 303.

DOMINICA, SEU FESTO SANCTISSIMÆ TRINITATIS.

Benedicta ſit Sancta Trinitas.

CONCIO PRIMA.

Ex SS. Ambroſ. Aug. & Athan. hymnis.

De Sanctiſſima Trinitate credendâ, ſeu cognoſcendâ, venerandâ, adamandâ.

I. QUid de Sanctiſſima Trinitate cognoſcendum, vel credendum ſit,

ſit, traditur in medit. 12. ſuper Symbolum S. Athanaſij part. 4. præſertim puncto 2. Contra diverſas hæreſes, erga quas verus Catholicus, quomodo animo comparatus eſſe debeat, habetur punct. 1. in v. 1.

II. Quomodo veneranda, vel glorificanda ſit eadem Sanctiſſima Trinitas, multis docetur medit. 13. vel ult. in gloria Patri, part. 4. præſertim punct. 2. & 3.

III. Incitamenta ad eandem Sanctiſſimam Trinitatem amandam ſuppeditant ea, quæ habentur medit. 11. in hymnum: *Te Deum laudamus*, part. 4. punct. 1. uti etiam medit. ult. ſuper Gloria Patri, punct. 3. ibid.

PRO EODEM FESTO SANCTISSIMÆ TRINITATIS.

Ex verſiculo doxologico:

Gloria Patri, & Filio, &c.

CONCIO SECUNDA.

Doxologiæ hujus præſtantia.

I. SUmitur ab Autore, qui varius ex varia hiſtoria affertur medit. ultimâ in hunc verſiculum, part. 4. punct. 1.

II. Eadem præſtantia magis intrinſeca ab ejuſdem objecto, & materia deducitur, ibid.

III. Deniq; ex variis circumſtantiis conglobatis variè illuſtratur, ibid.

Ad ſupplementum hujus materiæ, vel novam etiam concionem formandam accedere poſſunt ex Pſalmis.

1. Ex Pſ. 66. ſolennis invocatio Sanctiſſimæ Trinitatis ad benedicendum imploratæ à S. David, part. 2. pag. 123.

2. Ex Pſ. 148. v. 5. quomodo juxta aliquos in eod. v. 5. Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium indicarit S. David part. pag. 603.

In

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

Ex Evang. Joan. 6.

Non ſicut manducaverunt Patres veſtri manna & mortui ſunt.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 110.

Eucharistia per manna præfigurata quantis modis ſit manna præſtantior.

I. MAnnæ beneficium (quod refertur etiam Pſ. 77. v. 23. 24. & 25. part. 2. pag. 229.) rectè figura ſtatuitur Sanctiſſimæ Euchariſtiæ. part. 3. pag. 206.

II. Eſt enim illa verè monumentum; & memoriale ſummæ charitatis Dei erga nos, & omnium mirabilium operum, & beneficiorum Dei compendium ibid. & pag. ſeq. v. 6.

III. Eſt teſtamentum, & pactum, quod in Eccleſiâ, & novâ Lege nobiſcum injicit Deus. pag. 207.

IV. Eſt vitæ æternæ, & gloriæ cœleſtis pignus, & arrha beatitudinis per terram promiſſionis præfiguratæ. pag. 207. & 208.

PRO EODEM FESTO.

Ex eod. Evang.

Hic eſt panis, qui de Cælo deſcendit:

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 22.

Ad Eucharistiam per arcam fœderis præfiguratam quomodo accedendum.

CUm Arca fœderis (in quâ manna continebatur) benedictione omnigenâ domum Obededom replevisset, in montem Sion, & arcem ſuam à David tranſlata eſt, ad eamque ibi viſitandam populus invitatus. Pſ. 22. ſed ſingulari cum præparatione. Hæc præparatio in

in quibus conſiſtat, & quomodo diſpoſitioni ad arcam Euchariſticam accedentibus applicetur, ut benedictionem percipiant, docet fuſe medit. 25. in eundem Pſ. part. 1. pag. 146. & ſeqq.

PRO EODEM FESTO.

In ead. Verba Evang.

Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit.

Vel

Ecce panis Angelorum.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 98.

In arca Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, quomodo adorandus, & invocandus DEUS, à Sacerdotibus præſertim.

QUia Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti præcipuè inſtitutum eſt ad venerationem Euchariſtiæ, quæ velut arca olim à S. David magnâ cum ſolennitate tranſlata & exaltata fuit, ita etiam circumfertur in proceſſionibus, & honoratur hoc feſto. Argumenta, & motiva, quibus ad eam venerationem, Deique præſentis invocationem impellit Iſraëlitas, Sacerdotes præſertim S. David, quia multò aptius quadrant arcæ Euchariſticæ, idcircò rectè eo accommodantur ad omnem venerationem, & cultum ei deferendum. Facit hoc meditatio 100. in hunc Pſal. 98. fuse tribus punctis part. 2. pag. 431. & ſeqq.

PRO EADEM FESTO.
Ex Epiſt. ejuſd Feſti,
1. Cor. 11.

Probet autem ſe ipſum homo.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 42.

Tabernaculum SS. Evchariſtiæ eſt perfugium, & ſolatium dignè accedentibus.

NObiliſſimi actus quos exercuit David, dum conſtitutus inter hoſtes, ac in exilio ſuo ſe conſolatur ſpe reviſendi tabernaculi & offerendi ſacrificia, & ad id ſe quaſi diſponit, accommodantur præparationi præſertim ſacerdotum ad offerendum, participandumque ſacrificium SS. Evchariſtiæ medit. 45. in hunc Pſ. 42. part. 1. pag. 325.

DOMINICA PRIMA POST PENTECOST.
Ex Evang. Luc. 16.

Eſtote miſericordes ſicut Pater veſter miſericors eſt.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 50.

Quanta Dei miſericordia.

I. MAgnam Dei miſericordiam S. David citato Pſal. clamat eſſe; cur? cauſæ variæ afferuntur. part. 1. pag. 421. & ſeq.

II. Magnitudo illius magis ſpecificatur per 4. ejus dimenſiones ſcilicet latitudinis, altitudinis, profunditatis, & longitudinis. ibid. pag. 423. & ſeq.

III. Inter magnam Dei miſericordiam, & multitudinem miſerationum quas allegat ibidem S. David quid interſit. pag. 424.

IV. Miſe-

IV. Miſericordia Dei eſt fons hortorum, vel fons ſignatus, ex quo fluunt miſerationes cum impetu, & affluentiâ magnâ; cum aquæ Juſtitiæ, & vindictæ Dei guttatim tantùm ſtillent, pag. 425.

V. Eſt itidem arbor: miſerationes verò ejus fructus, ac poma nova, & vetera. pag. 426.

VI. Senarius vel ſeptenarius miſerationum Divinarum numerus ex S. Bernard. ibid.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Pater veſter miſericors eſt.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 102.

Deus miſericordiam ſuam maximè oſtendit erga peccatores.

I. UNde dicitur Miſerator, & miſericors Dominus, longanimis, & multum miſericors, & quæ diſtinctio inter hæc ſit. part. 3. p. 55. & ſeq.

II. Præcipuum Dei miſericordis elogium quod facilè placabilis ſit. pag. 56. ibid.

III. Alterum huic ſimile quod citra condignum peccata puniat. pag. 57.

IV. Comparatur idcircò 1. Cum Cœlo. 2. Cum Sole, & cur? pag. 57. & ſeq.

V. Miſericordiæ Dei 4. dimenſiones ex duabus comparationibus dictis deducuntur. pag. 58. & ſeq.

VI. Teneritudo miſericordiæ divinæ, pag. 60. & ſeq. & quæ cauſa ejus.

VII. Quanta ſit erga timentes ſe. pag. 65.

Pro hâc materiâ adde.

1. Ex Pſal. 118. v. 64. part. 3. pag. 319. & ſeq. & v. 123. ibid. pag. 361.

2. Item ex Pſ.129.v.7.part.3.pag.452.& ſeq.

3. Quomodo in myſterio Incarnationis Miſericordiam, & Juſtitiam Deus ſociaverit ex Pſ.84.part.2.pag.293. & ſeq.

4. Quomodo eaſdem nos conjungere, & Deo cantare oporteat, ex Pſ. 100.part.2.pag.445.& ſeqq.

5. Ad excitandam Dei miſericordiam motiva varia ex Pſ.88.part.2.pagin.342.

DOMINICA SECVNDA POST PENTECOST.

Ex Evang. Luc.16.

Cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi dabat.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 40. & 108.

Miſericordiæ erga pauperes benedictiones, & immiſericordiæ erga eosdem maledictiones.

PRimæ referuntur initio Pſalmi, 40. part.1.pag.303.& ſeqq. quæ Lazaro etiam conveniunt.

Secundæ ad divitem epulonem valdè accommodatæ, Pſal.108. à v.16. *Pro eo, quod non eſt recordatus facere miſericordiam*, part.3. pag.182.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Homo quidam erat dives.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 111.

Ars benè utendi divitijs.

SEu illas transferendi per manus pauperum in cœleſtes theſauros, quæ deſcribitur Pſ.111.v.9.part.3.pag.220.

PRO

PRO EAD. DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Recordare, quia recepiſti bona in vita tua.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 48.

Impiorum divitum infeliciſſima fata in divite epulone repraſentata.

ENarrat S. David infeliciſſimam ſortem divitum improborum, præſcriptis ſaluberrimis monitis, & documentis, quæ in epulonis divitis exemplo demonſtrari queunt, & omnibus divitibus utiliſſimè proponi, part. 1. pag. 394. ſumpto exordio à Pſalmi initio.

DOMINICA TERTIA POST PENTECOSTES.

Ex Evang. Luc. 14.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & invitavit multos.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſalmis diverſis.

De beneficio Vocationis ad Eccleſiam.

I. ECcleſiam, quà militantem in terris, quà triumphantem in cœlis cœnam magnam eſſe S. David demonſtravit. Et de militante quidem ob magnam ſecuritatem, & internam animi, conſcientiæque lætitiam (*nam ſecura mens, quaſi jugi convivium*) ceteraque Dei beneficia Pſ. 86. v. 7. part. 2. pag. 311. & Pſ. 35. v. 8. part. 1. pag. 250. & Pſ. 147. part. 3. pag. 592. & ſeq. *De triumphante autem, quia inebriabuntur ab ubertate Domus Dei, & torrente voluptatis potantur*, ex Pſ. 35. part. 1. pag. 250. & ſeq. & pſalm. 86. part. 2. pagin. 311. & ſequente. Pſalm. 147. part. 3. pag. 593. & ſeq.

Digitized by Google

II. Ad hanc cœnam magnam quanti vocentur ab Apoſtolis, & viris apoſtolicis, & confluant ad eam ex gentibus præſertim Pſal. 59. part. 2. pag. 72. & Pſ. 85. ib. pag. 309. & ſeq.

III. Quo affectu Deo agendæ pro his gratiæ. part. 3. pag. 594.

PRO EAD. DOMINICA.

Ex Evang. eodem.

Nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabunt cœnam meam.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 58.

Pœnæ eorum qui vocati venire recuſant.

PRæfigurantur illæ, & deſcribuntur à S. David in Judæis Chriſtum repudiandibus, eod. Pſ. 58. part. 2. pag. 60. & ſeqq.

NB. Quia hæc Dominica incidit infra octavam feſti Corporis Chriſti, quo ob proceſſiones Conciones vix haberi ſolent. Poſſunt de SS. Eucharistiâ, hujus feſti Conciones huc transferri.

DOMINICA QVARTA POST PENTECOST.

Ex Evang. Luc. 15.

Quia hic peccatores recipit.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 102.

Miſericordia Dei erga peccatores.

VIde concionem ſecundam pro Dominicâ primâ poſt Pentecoſten, quæ incidit in feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis, ideoque rarus ejus eſt uſus.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Tollit in humeros ſuos.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſ. 34. ejusdem argumenti.

De charitate & affectu Chriſti erga ingratos & hoſtes peccatores.

HÆc oſtenditur à v.14. Pſ.34. citati, part.1.pag.239.præſertim v.17. pag.241.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Vadit ad eam quæ perierat.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 118.

Natura humana per peccatum eſt ovis quæ perierat.

I. NEceſſitatem gratiæ Salvatoris Chriſti pro ſervandâ lege,& ſalute conſequendâ, cum conſideraſſet S. David, verſ. 173. & 174. Pſ.118. citati, part.3. pag.388. (quam etiam v.18. & 19. ſibi propoſuerat ſub conſideratione cæci, & peregrini erroribus obnoxij. pag.283. ibid.) Et

II. Errorem omnium in peccato primi Parentis agnoviſſet, ibid.p.388. hoc motivum Deo repræſentat. Et

III. ℣.175. Tanquam errabunda ovicula reduci orat. pag. & 389.

IV. Quibus addi poteſt etiam hoc motivum ex Pſ.22. quod inter boni paſtoris, qualem ſe Chriſtus profitetur. Joannis 10. officia ſit reducere errabundam oviculam. part.1. pag.141. in v. 2. juxta Apoſtoli illud: 1. Petr.2. *Erratis ſicut oves errantes, ſed converſi eſtis ad paſtorem animarum veſtrarum.*

V. Quin

Google

V. Quin imò poteſt totus Pſalmus 22. qui boni paſtoris Dei laudes continet, huc applicari, & concio prima, & ſecunda pro Dominica prima poſt Paſcha huc transferri.

VI. Denique motivum illud Miſericordiæ potentiſſimum, & huic affine eſt, quod affertur Pſalm. 102. v. 13. & 14. part. 3. pagin. 60. & ſeqq.

DOMINICA QVINTA POST PENTECOST.

Ex Evang. Luc. 5.

Per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 126.

Nihil abſq; Deo, & cum Deo rectè omnia.

EST hoc lemma medit. 139. in citatum Pſ. 126. p. 3. pag. 430. In quo S. David variis ſimilitudinibus probat illud Chriſti Joan. 15. v. 5. *Sine me nihil poteſtis facere.* Quem Pſalmum huic piſcationi S. Petri, ſine, & cum verbo Chriſti applicari non erit difficile, ſicut eundem accommodavimus Evangelio Dominicæ ſecundæ poſt Epiphan. con. 3. Vide etiam.

I. Pſ. 62. v. 2. part. 2. pag. 85. Et

II. Pſ. 69. v. 1. part. 2. pag. 156. & ſeq.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Ex hoc jam homines eris capiens.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 68.

Officium Apoſtolicum capere, & convertere animas.

QUod in hoc Evangelio S. Petro Chriſtus promiſit, idem ceteris, quos ex piſcatorum tribu vocavit ad munus Apoſtolicum, promiſiſſe legitur, tum Matth. 4. tum Marc. 1. his verbis: *Faciam vos fieri Piſcatores hominum.* Quæ dignitas Apoſtolica in converſione gentium ad Eccleſiam, ejuſque amplificatione à Regio Propheta prævisa, prædicta, & deſcripta fuit variis Pſalmis, præſertim verò 68. in quo

I. Id quod Chriſtus Apoſtolis miſſis ad prædicandum pollicitus fuit de converſione gentium, prædicit David v. 12. & ſeq. pag. 131. part. 2. Sancto Spiritu accepto.

II. Quales eſſe oporteat viros Apoſtolicos illos, & Prælatos Eccleſiæ docet, v. 14. & ſeq. pag. 132. & ſeq. ſive doctrinam eorum ſpectes, ſive mores.

III. Quis effectus, & fructus in Eccleſiam emanet à talibus viris Apoſtolicis, & Prælatis, (ex quo monti Selmon comparantur,) oſtenditur. v. 15. & ſeq. pag. 133. & ſeq ibid.

Addi poſſunt huic materiæ conformia, quæ

1. Ex Pſ. 59. v. 7. De dilatatione Eccleſiæ per Apoſtolos prædicuntur. part. 2. pag. 72. & ſeq.
2. Ex Pſ. 18. In quo viri Apoſtolici Cœlis comparantur, qui enarrant gloriam DEI. part. 1. pag. 111.
3. Ex Pſ. 67. Ubi Apoſtoli Principibus Iſraëliticis comparantur, ante arcam DEI pſallentibus. p. 2. pag. 137. & ſeq.

4. Ex Pſ. 64. Qui varias Eccleſiæ prærogativas, & gratias ſub typo Sionis proponit. part. 2. pag. 103.

5. Ex Pſ. 47. In quo poſt Eccleſiæ eminentias deſcriptas adjungitur hortatio ad eam magno Zelo propagandam. p. 1. pag. 391.

DOMINICA SEXTA POST PENTECOST.

Ex Evang. Matth. 5.

Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſalmis diverſis.

Quàm grata Deo manſuetudo, ejus prototypon S. David.

His potiſſimum ex Pſalmis id eluceſcit.

PRimus eſt, Pſ. 131. v. 1. part. 3. pag. 462.
Secundus, Pſ. 7. v. 3. 4. & 5. part. 1. pag. 40.
Tertius, Pſ. 37. à v. 11. usque ad 15. part. 1. pag. 272.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Si frater tuus habet aliquid adverſum te.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 138.

Fratrum unio, & Charitas.

1. OStenditur ejus jucundiſſima ſuavitas, & utiliſſima commoditas. v. 1. part. 3. pag. 473. Et
2. Illuſtratur duplici eleganti ſimilitudine. v. 2. & 3. pag. 474.
3. Additur effectus illius cœleſtis benedictio, &c. v. 4. pag. 474. & ſeq.

DOMI-

DOMINICA SEPTIMA POST PENTECOST.

Ex Evang. Marc. 8.

Miſereor ſuper turbam.

CONCIO PRIMA, ET SECUNDA.

Ex Pſ. 50. & 102,

De miſericordiâ Dei quanta ſit.

HÆ conciones poſitæ ſunt ad Dominicam primam poſt Pentecoſten, ubi etiam videri poſſunt, alia de miſericordiâ Dei adnotata.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Accipiens ſeptem panes gratias agens fregit, &c.

CONCIO TERTIA, ET QUARTA.

Ex Pſ. 110. & 111,

De arte multiplicandi panes, & pane Eucharistico.

GEmina hæc concio habetur ad Dominicam quartam Quadrageſimæ.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Jam triduo ſuſtinent me.

CONCIO QUINTA.

Ex varijs Pſalmis.

De longanimi in Deum fiduciâ in neceſſitatibus noſtris.

I. QUid ſit Deum ſuſtinere docet, Pſ.24.v.5.part.1.pag.151.& Pſ.26. v.20. eâd. part. pag. 171.

II. Hujus longanimis fiduciæ in Dei profidentiâ fructus in neceſſitatibus tulit, Pſ.32. v.18. & 19. Ubi & ille memoratur quem triduo ſuſtinentes Chriſtum experti fuerunt, ut *alat eos in fame*. part. 1. pag.222. & ſeq. Ex quo propoſita eliciuntur ejusdem longanimis in Deum fiduciæ, v.20.21. & 22. pag. 224.

III. Hujus longanimitatis in tribulationibus, & neceſſitate ſe exemplum proponit S. David, Pſ.24. v.16.17. & ſeq. pag. 155. & ſeq. Felici cum ſucceſſu, v. 22. & 23. pag. 156. & Pſ. 129. à v. 4. & 5. part.3. pag. 448. & ſeqq.

IV. Ad eandem hortatur. Pſ. 36. à. v. 9. adductis commodis, & motivis varijs. p.1. pag.257. & ſeq. Et Pſ. 129. v.6. & ſeqq. part.3. p.451. & ſeqq.

Addi poſſunt huic materiæ affinia de fiduciâ in Deum.

1. Pſ.3. v.3. & ſeq. Cauſæ 7. cur in adverſitatibus noſtris Deo confidendum, p 1. pag.19. & 20.
2. Pſ. 4. Qui fiduciæ in Deum tum motiva, tum media, tum fructus ſuaviſſimos continet. part. 1. pag. 22. & ſeqq.
3. Pſ. 16. Qui recurrendi ad Deum cum fiduciâ media, & motiva præſcribit, tum ex parte noſtrâ, tum ex parte Dei. part. 1. à pag. 89. & deinceps.

4. Pſ.30. v.18.23. & ſeqq. Ubi ſuaviſſimi fructus fiduciæ in Deum, & ſingulares favores Dei erga confitentes ſibi proponuntur. p.1. p.201. & pag.203. & ſeq.

5. Pſ.45. v.1. & ſeqq. Qui continet motiva præcipua confidentiæ noſtræ erga Deum, part. 1. pag. 364. & ſeq. nec non effectus ejus. pag.365. & ſeq.

6. Pſ.88. In quo v.39. Longanimis, & perſeverantis fiduciæ præclarum exemplum, & documentum traditur. part 2. pag. 340.

7. Pſ.60. v.5. & ſeqq. Fiduciæ noſtræ motiva, & fundamenta. p. 2. pag. 77. & ſeq.

Item Pſ.61. v.6.7. & ſeqq. In Deo confidendum magis quàm in hominibus, part.2. pag.81. & ſeqq. & utriusque fiduciæ in Deo ſcilicet, & hominibus effectus. pag. 84.

8. Pſ.117. v. 8. & ſeqq. Confidentiam in Deo præ hominibus, & principibus commendat. part.3. pag. 256. & ſeq.

9. Pſ.124. v.1. & ſeq. Confidentiæ in Deum fructus, conſtantia & conformitas mentis, nec non ſecuritas. part.3. pag.420.

10. Pſ.126. v.6. Fiduciæ in Deum fructus duplici cum ſimilitudine tradit. part. 3. pag. 433.

11. Pſ.129. v.7. Statuit duplex fundamentum principale omnis fiduciæ noſtræ erga Deum, nempè Dei miſericordiam, & merita Chriſti. part.3. pag.452. & ſeqq.

DOMINICA OCTAVA POST PENTECOSTES.

Ex Evang. Matth. 7.

Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos fructus facit.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 1.

Juſtorum, injuſtorumque fructus contrarij.

1. VIrum Juſtum, quem deſcribit, v. 1. & 2. comparat S. David ar-

bori frugiferæ, v. 3. & 4. ejusdem fructus præclaros referens iiſdem verſibus, & v. 2. unde & ligno vitæ Geneſ. 2. & palmæ. Similis dici poteſt. part. 1. pag. 7. & 8.

II. Contra v. 5. impiorum, qui ſunt velut arbores illæ, quæ referuntur ex Epiſt. S. Judæ. ibid. ad v. 3. fructus fucatos, verminoſos apparentes pulveri, & paleæ comparat. v. 5. part. 1. pag. 9. & ſeqq.

III. Denique finem utrorumque diverſum ſubdit. v. ult.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

A fructibus eorum cognoſcetis eos.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 11.

Mundi fallaciæ, & fidelitatis Dei antitheſis & fructus oppoſiti.

I. MUndi, & Sectatorum ejus fallaciæ deſcribuntur. v. 1. & ſeqq. 1. part. pag. 66. & ſeq.

II. Contra verò Chriſti erga ſuos fidelitas, & ſinceriſſima promiſſa argento per ignem purgato comparata opponuntur. v. 5. & ſeq. ib. pag. 67. & ſeq.

III. Utriusq; Sectatorum conditiones, & ſtatus diverſus additus. v. 8. & ſeq. ib. pag. 68. & ſeq.

IV. Concluditur hinc; mirum meritò videri, & tanquam divinæ ſapientiæ ſecretum eſſe plures ſectari mundum, quàm Chriſtum. v. 9. pag. 69.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.

In eadem verba Evangelij.

Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 9.

Mundi fallacis deteſtabiles fructus, & ſtudia.

ANtichriſto comparatur non immeritò mundus, cuius fallacia ſuprà memorata larva eſt elegans, ſub qua teterrima latet ſpecies Dæmonis, vel veſtimentum eſt ovium ſub quo tegitur lupus. Hanc ei larvam, & veſtem ovinam detrahit S. David, ut ejus abominanda ſtudia omnibus pateant, deinde contra ea nos armat, & munit. Pſ. 9.

I. Ergo ſpeciem diabolicam oſtendunt mundi ſtudia, quæ deſcribuntur ab initio Pſalmi per plures verſus, part. 1. pag. 56. & ſeqq.

II. Munit animos Deum timentium contra mundi deteſtanda ſtudia, & artes medijs compluribus à timore Dei præcipuè petitis. p. 59. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Non poteſt arbor mala bonos fructus facere.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 37.

Fructus vel effectus peccati.

OCto minimum afferuntur, qui tyrannicum ejus jugum demonſtrant. part. 1. pag. 266. & ſeqq.

Poſſunt

Poſſunt pro eâdem Dominicâ in eadem verba.

I. Afferri undecim fructus primi peccati, quos recenſet S. David à v. 4. & deinceps Pſ. 89. tanquam peſſimæ arboris amariſſimos fructus, contra eos remedium à Deo flagitans, part. 2. à pag. 346. & deinceps.

II. Inſuper & peccati actualis effectus illi, quos ſubminiſtrat. Pſal. 50. part. 1. pag. 431. 433. & ſeqq. item pag. 428. 433. 439. 440. &c.

DOMINICA NONA POST PENTECOSTES.

Ex Evang. Luc. 16.

Redde rationem villicationis tuæ.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 48.

Quam formidabilis hæc ſententia: redde rationem &c. in morte Villicis iniquitatis, ſeu divitibus futura ſit.

PRæclarè id oſtendit S. David, Pſ. cit. 48. In quo poſt artificioſam captationem benevolentiæ documenta, & media tradit divitibus evadendi hanc formidandam Judicij, & reddendæ rationis intentationem Dei. Propoſito hoc proplemate: *Cur timebo in die malâ?* perſtringens pœnas ſtultitias iniquorum divitum non conſiderantium hujus rationis reddendæ inevitabilem neceſſitatem, à v. 5. & deinceps part. 1. pag. 395. & ſeqq.

PRO

PRO EAD. DOMINICA.
Ex eodem Evang.

Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut recipiant vos in æterna tabernacula.

CONCIO SECUNDA.
Ex Pſal. 15.

Studium, & voluntatem benefaciendi omnibus medium optimum conſequendæ felicitatis æternæ.

1. DOcet id Pſalm. 15. citatus. 2. Præſcribens ſimul media, modumque Chriſti exemplo omnibus benefaciendi, à v. 1. & deinceps part. 1. pag. 83. & ſeqq. 3. Nec non felicem effectum, fructumque promiſſum hujus beneficentiæ demonſtrans. pag. 87. & ſeq.

PRO EADEM DOMINICA.
In ejusd. Evang. verba.

Redde rationem.

CONCIO TERTIA.
Ex Pſal. 74.

Judicij divini timor.

I. BOnis æquè ac malis timendum meritò ſupremum Dei judicium, ſed his maximè. part. 2. pag. 201. à v. 3.

II. Ex hoc timore documenta utilia deducuntur tum ex SS. PP. & Scripturâ ibid. pag. 202. tum ab ipſo David in perſonâ Dei cum comminatione pœnarum peccatoribus factâ, & divinæ Juſtitiæ intentatione. v. 5. & ſeqq. pag. 203. & ſeqq.

Vide huc facientia etiam.

1. Ex Pſ. 141. v. 2. part. 3. pag. 545. & ſeq.

2. Poſſunt & huc transferri concio prima, ſecunda, tertia, quæque annotantur ibidem de extremo Judicio: in Dominicam ſecundam adventûs.

3. Inſuper quæ ex Pſ. 93. habentur de juſto & ſevero Judice Deo, part. 2. pag. 484. & ſeq.

DOMINICA DECIMA POST PENTECOST.

Ex Evang. Luc. 19.

Videns civitatem flevit ſuper illam.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 34.

Chriſti manſuetudo erga ingratos hoſtes ſuos Judæos, ac peccatores.

EXhibet manſuetudinis hujus exemplar in perſonâ Chriſti, ejusdem figura S. David citato Pſalmo, &

I. Ingratitudinem hoſtium ſuorum Judæorum deſcribit. v. 13. & ſeq. pag. 239. part. 1.

II. Eorum pœnas per propheticam imprecationem, à v. 1. & deinceps p. 1. pag. 134.

III. Chriſti commiſeratio in his, item patientia, & manſuetudo erga hoſtes ſuos graphicè depingitur. Ubi adducitur etiam ex Evangelio hujus Dominicæ textus citatus, à v. 1. 15. & deinceps. pag. 12. 39. & ſeqq.

Quæ peccatoribus applicare non erit difficile.

Videri etiam poſſunt conciones de miſericordiâ Dei erga peccatores præſertim; tum Dominicâ primâ poſt Pentecoſt, tum pro quartâ.

PRO

Pro eadem Dominica.

Ex eodem Evang.

Venient dies in te, & circumdabunt te inimici.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 58.

Pœnæ ingratorum Judæorum, & peccatorum.

QUia tempus viſitationis, & diem pacis non agnoverunt Judæi, & impij, ideo prædicitur eis alia viſitatio à Deo, & dies belli, ac pœnarum à prophetâ David, à v. 6. Pſ. 58. quæ eiſdem etiam prædixit Chriſtus in Evangelio, & impijs peccatoribus applicari poſſunt. part. 2. pag. 60. & ſeqq.

I. Pſ. 54. part. 2. Ubi Chriſtus, 1. exponit Deo ingratitudinem ſuorum hoſtium, & paſſionem illatam. pag. 22. & ſeq. 2. Pœnas prædicit. pag. 29. adducto Evangelij textu citato.

II. Pſ. 108. Cujus primâ parte ingratitudo Judæorum, & Chriſti patientia oſtenditur. part. 3. pag. 157.

Secundâ eorundem maledictiones Propheticæ fusè recenſentur, à pag. 176. & ſeqq.

DOMINICA VNDECIMA POST PENTECOST.

Ex Evang. Luc. 18.

Phariſæus ſtans.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 110.

Phariſæi ſuperbi mores Deo, hominibusque deteſtabiles.

I. SUperbiam ſuam Phariſæus non modo verbis (quæ in Evangelio ponuntur) ſed tacitis etiam geſtibus, & mutâ externi corporis ſtaturâ, & compoſitione demonſtravit, dum corpore, & cervice erectâ, elatisq; oculis, &c. Deum alloquitur: per hæc enim

Phariſaus ſtans tum erectum collum, tum elati oculi indicantur, à quibus ſuperbi deſcribi ſolent in Scripturâ, & præſertim oculi ſuperbi eorum, & elati memorantur ut hoc Pſal. 100. *ſuperbo oculo.* Nam (ut Agellius) ſublimis oculus eſt animi ſuperbi, ceterosque deſpicientis indicium.

II. Quomodo autem cum cetera vitia omnia ſedem in oculis habere à Sacrâ Scripturâ ſignificetur (ut per enumerationem partium oſtenditur) præcipuè tamen id oculis tribuatur, oſtenditur. eod. Pſ. v.7. part.2. pag.464. & antecedenti.

III. Quomodo etiam hi ſuperborum mores adhæreant ijs, qui cum illis converſantur, & communicant. ibid. pag.463. indicatur.

IV. Eliminandos propterea ſuperbos tum à convictu, tum ab habitatione, ſuo exemplo docet S. David, præſertim Magnatibus, & principibus. v.7. pag.464. & ſeq. & v. 9. à pag.473. & deinceps allatis aliorum quoque principum virorum exemplis.

V. Aulicorum ſuperborum faſtus quam intolerabilis, & eorundem ſuperbiam facientium ſupremus gradus adjungitur. pag. 475.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Publicanus nolebat oculos ad Cælum levare, ſed percutiebat pectus ſuum.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 130.

Publicani humilitas Deo, hominibusque accepta.

I. QUemadmodum ſuperbiam ſuam Phariſæum oculis, ceteroque corpore demonſtraſſe ſupra dictum, ita Publicanus humilitatem ſuam ijsdem oculis demiſſis tunſione pectoris, & alijs geſtibus declaravit. v.1. part.3. pag 457.

II. Maximè autem verbis ex internâ ſui agnitione, & deſpicientiâ ortis.

III. Hi

III. Hi actus interni, externique pluribus declarantur per gradus humilitatis explicatos ibid. per verſus aliquot. pag. 457. & ſeq.

IV. Quibus promeruit ut deſcenderet juſtificatus ab illo.

Videri poſſunt huc, & ad ſuadendam humilitatem facientia, quæ adducta ſunt poſt concionem tertiam in Dominic. 3. poſt Epiph.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

CONCIO TERTIA.

Ex Cantic. Beatiſſimæ Virginis, & S. Annæ.

Dei erga ſuperbos odium, & erga humiles amor.

I. AXioma hoc Chriſti Evangelium præclarè confirmat Sanctiſſima Virgo tum exemplo ſuo in Cantico Magnificat, v. 3. tum documento inſuper ab experientiâ. v. 6. & 7. ut part. 4. medit. 9. in hoc cantic. punct. 2. & 3. habetur.

II. Huic conſonat in ſuo Cantico Anna. v. 10. 11. & 12. de quibus part. 4. medit. 4. ſuper hoc cantic. punct. 3. agitur.

III. Eadem S. David pridem docuit. Pſ. 112. v. 5. & ſeqq. part. 3. pag. 225. & ſeq.

Item Pſ. 137. v. 7. part. eâd. pag. 507.

II. Qui ejus effectus. ibid. pag. 391. & ſeq.

III. Carbonibus deſolatorijs comparatur, & quales carbones iſti? pag. 392.

IV. Linguæ doloſæ, & calumniatricis effectus celerrimus, fraudulentiſſimus, crudeliſſimus novaculæ comparatur, ibid.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Expuens tetigit linguam ejus.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 7.

Remedia contra injurias linguæ, ſive perferendas vel paſſivas, ſive inferendas, vel activas.

SPUtum Chriſti ſicut ad Cæcum illuminandum apud S. Joannem, ſic ad mutum ſanandum hîc apud S Marcum remedium efficax omninò extitit. Per hoc intelligi poſſunt media diverſa, quæ afferuntur à S. David contra vitia linguæ, præſertim injurias, & contumelias. p. 7. Et

I. Contra paſſivas vel perferendas ſuggeruntur remedia prima parte Pſalmi usque ad v. 11. part. 1. pag. 40. & ſeq.

II. Contra inferendas ſeu activas alia proferuntur reliqua parte Pſalmi ibid. pag. 42. & ſeq.

Videri poteſt inſuper:

1. Pſ. 63. Qui continet orationem Chriſti contra calumnias tam erga ſe, quam membra ſua. part. 2. pag. 93. & ſeqq. quarum aliæ gladio è vicino ferienti, aliæ ſagittis eminus vulnerantibus ſimiles. ibidem.

2. Pſ. eod. traditur quam parum Chriſto & Sanctis noceant toleratæ injuriæ, & calumniæ hoſtium. pag. 99. & ſeqq.

2. Ejusdem argumenti eſt etiam Pſ. 121. in quo ſub figurâ ejusdem Hieruſalem laus Eccleſiæ deprædicatur: part. 3. pap. 403. & ſeqq.
3. Ex Pſ. 64. In quo aguntur gratiæ pro divinis in Eccleſiam, & filios ejus beneficijs. part. 2. pag. 102. & ſeqq.
4. Ex Pſ. 75. in quo ob notitiam Dei quæ in Eccleſiâ celebratur, nec non plures alias prærogativas Chriſtianæ Eccleſiæ encomium texitur. part. 2. pag. 207. & ſeqq.
5. Item ex Pſ. 67. In quo laudum tituli, Eccleſiæ præſertim à doctrinâ, & Doctoribus varij habentur. eâd. part. pag. 132. & ſeqq.
6. Ex Pſ. 92. Ubi Eccleſia regnum Chriſti ſtatuitur, ejusque firmitas, & ſanctitas laudatur. part. 2. pag. 380. & ſeqq.
7. Ex 99. Qui continet invitationem ad Eccleſiam cum Jubilo, varijs ex cauſis, præſertim ob diverſitatem, & prærogativam Eccleſiæ præ Synagogâ. p. 2. pag. 440. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Quid faciendo vitam æternam poſſidebo?

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 14.

Scientia ſalutis conſequendæ maximè neceſſaria & pro eadem reſponſiones.

HAnc concionem habes in Evangelium. Dominic. 4. poſt Paſcha, in illa Joan. 10. *Quo vadis?*

O PRO

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

In lege quid ſcriptum eſt.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 118.

Legis obſervatio vitæ æternæ eſt acquiſitio.

I. RESponſio ad quæſtionem Phariſæi *quid faciendo*, &c. Duplex datur in hoc Evangelio, quæ in unam & eandem tamen recidit: altera à Chriſto, quæ Legis divinæ obſervatio eſt, altera explicatur à Phariſæo, dilectio ſcilicet Dei. Nam & plenitudo legis eſt dilectio, & dilectionis ſignum legis obſervatio teſte Chriſto: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & ad eum veniemus*, &c. Joan. 14. *Qui non diligit me, ſermonem meum non ſervat. Qui ſervat mandata mea, ille eſt qui diligit me.*

II. Pro hâc reſponſione Chriſti, quod æternæ vitæ poſſidendæ ſit medium facit S. David, Pſ. 118. diverſis locis. 1. v. 111. & 112. part. 3. pag. 352. & v. 57. pag. 314. & ſeq & v. 40. ac 41. pag. 302. & ſeq. item v. 89. & 90. pag. 339. item v. 96. pag. 343. & ſeq.

PRO EAD. DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Diliges Dominum Deum tuum.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 17.

Incentiva amoris divini.

I. SUnt illa beneficia, & amor Dei erga nos, quorum nonnulla perſtringuntur initio Pſalmi adducti. v. 1. 2. 3. 4. part. 1. p. 96. & ſeq.

II. Poſtmodum fit proſecutio beneficij liberationis ab hoſtibus, pag. 96. & 97. quod deſcribit multis poëtico ſchemate.

III. Ad-

III. Adduntur novem alia, à v. 31. pag. 104. & ſeqq.

IV. Modum diligendi Deum ſibi proponit Propheta, à v. 23. & deinceps. pun. 102. & ſeq.

His poſſunt accedere.

1. Actus amoris eximij ex reſignatione ſui in divinam providentiam, ex Pſal. 72. part. 2. pag. 188. & ſeq.

2. Item ex Pſ. 114. Quomodo amor noſter erga Deum ſuſcitetur velut guttis aquæ ardenti foco aſperſis, part. 3. pag. 237.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Et proximum ſicut te ipſum.

CONCIO QUINTA.

Ex Pſal. 132.

De Charitate proximi.

VId. concionem ſecundam Dominic. 5. poſt Pentecoſt.

DOMINICA DECIMA QVARTA POST PENTECOST.

Ex Evang. Luc. 17.

Occurrunt ei viri decem leproſi.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſ. 31. & 50.

Lepra eſt peccatum.

VIde concionem primam Dominicæ tertiæ poſt Epiphan.

PRO EADEM DOMINICA,

Ex eod. Evang.

Ite oſtendite vos Sacerdotibus.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 31, & 50.

Medium emundandæ lepræ peccati confeſſio.

I. Sicut lepra peccati, ita & ejus emundatio per Sacerdotes figura fuit confeſſionis, ſeu emundationis à peccato, ut ex Levitico videre eſt. part. 1. pag. 431.

II. Confeſſio autem, quæ in veteri Lege etiam particularitèr facienda præſcribebatur, Levit. 5. ut habetur in Pſ. 31. part. 1. pag. 210. rectè dici poteſt figura Confeſſionis Sacramentalis in Lege novâ.

III. Hæc quàm præſens medium ſit puritatis, & nitoris animi, vid. tum pag. 28. tum 443. Et quomodo eâ uſus fuerit S. David ad abluendam inveteratam lepram peccati, habetur ibid. pag. 28. & ſeq.

IV. Probæ Confeſſionis qualitates ejusdem exemplo traduntur. Pſ. 50. pag. 443. & ſeq.

V. Uti & fructus. pag. 450.

Videri poteſt concio prima, & ſecunda in Dominicam tertiam Quadrageſimæ.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Non eſt inventus qui daret gloriam Deo.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 8. & 13.

Oblivio ei finis noſtri ſeminarium eſt peccatorum.

I. Tametſi per Dei miſericordiam (multò excellentiorem quam leproſis Chriſtus in Evangelio hodierno exhibuit) homo ad excel-len-

lentiſſimum hunc finem evectus ſit, ut gloriam Deo daret, laudaret, &c. uti meritò admiratur David Pſalm. 8. part. I pag. 45.

II. Tametſi etiam ad hunc finem conſequendum Deus tot, tamque eximia media illi prævideri, quæ ibidem enarrantur, pag. 46. & ſeq.

III. Tamen (quæ eſt ſumma ingratitudo hominum) ex tanto numero ita pauci ad hunc finem tendunt, ut cum hoc uno leproſo grato reſpectu decem ingratorum raritas comparari poſſit.

IV. Sed ceteri à fine deviantes tales ſunt quales deſcribuntur. Pſal. 13. v. 2. 3. 4. cum hoc epiphonemate: *non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum.*

V. Quæ verò aberrantium à fine ſuo abominabilia ſtudia ſint, recenſentur. pag. 75.

VI. Quorum omnium cauſa eſt oblivio timoris Dei. ibid.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Fides tua te ſalvum fecit.

CONCIO QUARTA.

Ex diverſis Pſalmis.

Fiducia Din eum.

VIde concionem ſecundam pro Dominicâ tertiâ poſt Epiphan. & quæ poſt eam adnotantur de fiduciâ.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Cecidit in faciem gratias agens.

CONCIO QUINTA.

Ex Pſ. 29.

Septem tituli, & beneficia ob quæ Deo ſemper agendæ gratiæ.

Recenſentur illa dicto Pſalmo, & explicantur. medit. 31. in eundem per tria puncta fusè. part. 3. à pag. 188. & deinceps.

Addi poteſt ex Pſ. 55. v. 13. & ſeqq. ejusdem argumenti. part. 2. pag. 42. & ſeq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Cum magnâ voce magnificans Deum.

CONCIO SEXTA.

Modus gratiarum actionis, isq; varius.

Gratiarum actionis modos diverſos exemplo ſuo docet nos S. David his Pſalmis, &

I. Voce, & externis, interniſque animi ſignis. part. 1. pag. 225.

II. Reipſa varijs operibus virtutum. ibid. & pag. 227.

III. Quo etiam referri ea poſſunt quæ Pſ. 65. Deo offert vota, ſacrificia, &c. part. 2. pag. 116. & ſeq.

IV. Cum adhortatione aliorum ad eadem part. 1. pag. 228. & ſeqq.

Ejusdem materiæ, & argumenti ſunt.

1. Gratitudinis Davidicæ ob liberationem ab hoſtibus præclarum exemplum ex Pſ. 53. part. 2. pag. 20. ab Eccleſiâ, & SS. imitatum.

2. Item ex Pſ. 117. pleraque præſertim à v. 18. part. 3. pag. 260.
3. Item Pſ. 9. v. 1. part. 1. pag. 48.
4. Item Pſal. 115. part. 3. pag. 246. Qui eximium modum & affectum gratitudinis Davidicæ continet.

PRO EADEM DOMINICA.
Ex eod. Evang.
Novem ubi ſunt.

CONCIO SEPTIMA.

Ex Pſal. 80.
Ingratitudo Deo inviſa, & ab eo punita.

1. Ingratitudo Judæorum ex recenſitis ante beneficijs in illos à Deo collatis deſcribitur, ob quæ adhortatur eos ad gratitudinem David omni genere laudis, & inſtrumentorum. p. 2. pag. 257. & ſeqq.
2. Eorundem poſt tot beneficia ingratitudo. pag. 262.
3. Denique pœnæ quibus eam Deus caſtigavit. eàd. pag. & ſeq.
4. Cum adjuncta deteſtatione ingratitudinis. ibid.

PRO EADEM DOMINICA.
Ex eodem Evang.
Qui daret gloriam Deo.

CONCIO OCTAVA.

Ex medit. ultim. in Gloria Patri. part. 4.

I. QUid, & quàm excellens ſit res gloria, ut quam Deus finem omnium operum ſuorum ſtatuit, & ſibi ſoli reſervavit, ut propterea eam in omnibus actionibus noſtris meritò quærere debeamus, & Deo attribuere. punct. 1. dictæ medit. circa finem, & punct. 2. circa initium. part. 4. med. 7.

II. Quam

II. Quam Eccleſia ſit ſolicita in danda Deo gloria per verſum doxologicum in fine omnium Pſalmorum, & toties aliàs repetitum *Gloria Patri*, &c. & quid per eam gloriam Deo apprecetur ead. part. & medit. punct. 2.

III. Quas conditiones habere debeat gloria quam Deo damus, punct. 3. ibid.

IV. Gloriam Deo debitam quænam corrumpant, vel evertant. eod. punct. 3. circa finem.

DOMINICA DECIMA QVINTA POST PENTECOST.

Ex Evang. Matth. 6.

Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 22.

De providentiâ Dei paternâ erga ſuos.

EAm ſub allegorica Paſtoris directione & proviſione erga oviculas ſuas deſcribit, & dilaudat hoc Pſalmo David. part. 1. pag. 140. & ſeqq. Vide concionem ſecundam pro Dominica ſecunda poſt Paſcha, imò & primam.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Reſpicite volatilia Cæli.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 103.

Conſideratio providentiæ Dei in alendis animalibus animare nos debet ad ponendam in fiduciam.

DIvinam providentiã meritò Chriſtus jubet nos conſiderare in volucribus alendis, & veſtiendis campi floribus.

II. Nec

II. Nec minus David eam contemplatur in conſervatione univerſi, & ſuſtentatione majorum animalium, tum terreſtrium, à v. 13. non ſine admiratione, & laude ſapientiæ, & potentiæ divinæ, v. 24. part. 3. pag. 79. & ſeqq.

III. Tum præſertim aquatilium. à v. 26. pag. 84.

IV. Ex quibus documenta, & concluſiones colligit laudis divinæ, confidentiæ, timoris, &c. à v. 30. pag. 87.

PRO EAD. DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Scit enim Pater veſter.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſ. 10. & 138.

Divinæ providentiæ fontes.

I. TRia ſunt fundamenta, quæ nos divinæ providentiæ confidere, eique nos penitùs committere faciunt. Scilicet quia ſcit; vult, poteſt: ſive attributa tria omniſcientiæ, Bonitatis, & Omnipotentiæ. Quæ innuit his verbis Chriſtus *ſcit Pater veſter.*

II. Et illa piè admodùm S. David declarat. Pſ. 10. Nam poſtquam axioma hoc: *in Domino confido* ſtatuiſſet, rationem ejus ſubjungit providentiam Dei, ut quæ ſit omniſcia, Juſtis amica, & paterna, omnipotens denique ac juſtiſſima. part. 1. pag. 64. & ſeq.

III. Ex quibus juſtos ad perſeverandum in bonitate hortatur, injuſtos verò à perverſitate dehortatur. à v. 6. ibid.

IV. Ejusdem providentiæ divinæ omniſcientiam confirmat. Pſal. 138. part. 3. pag. 510. & ſeq. adjunctis corollarijs, & documentis duobus. v. 16. & ſeq. pag. 518.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Nolite ſolliciti eſſe dicentes quid manducabimus?

CONCIO QUARTA.

Ex Pſ. 36.

Dei paterna cura circa bona vitæ hujus erga juſtos præ injuſtis.

I. STatuit illam à v. 19. & deinceps Pſalmus citatus. part. 1. pag. 260. & ſeqq.

II. Juſtis amicam præſertim, injuſtis verò inimicam æquiſſimo Judicio. ibid.

III. Ex his utroſque hortatur documentis additis perquam ſalutaribus. ibid. & pag. 264 & ſeq.

Ejusdem argumenti eſt. Pſ. 33. à v. 9. part. 1. pag. 228. ſeqq.

PRO EAD. DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ.

CONCIO QUINTA.

Ex Pſ. 104.

Speculum divinæ providentiæ Patriarcha Joſeph.

PRoponit illud contemplandum in Patriarchis veteris Teſtamenti Iſraëlitis, præſertim verò in patriarchâ Joſeph tempore famis David, Pſ. 104. à v. 16. & deinceps, latè omnes circumſtantias recenſens, part. 3. pag. 99. & ſeqq. Ad ſolatium eorum qui divinæ ſe providentiæ committunt.

PRO EAD. DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Quærite primum regnum Dei.

CONCIO SEXTA.

Ex Pſal. 126.

Vana omnis ſolicitudo, & opera humana ſine Dei providentiâ imploratâ.

I. QUam ſit omnis labor noſter, & ſolicitudo ſine Dei adjutorio varijs ſimilitudinibus oſtenditur. v. 1. 2. 3. part. 3. pag. 432. & ſeq.

II. Quam divinæ providentiæ confidentes quieti ſint, & quaſi dormientibus omnia affluant. v. 4. pag. 433. & ſeq.

Vid. Concionem primam in Dominicam quintam poſt Pentecoſt, & quæ poſt eam adnotantur.

DOMINICA DECIMA SEXTA POST PENTECOST.

Ex Evang. Luc. 7.

Ecce defunctus efferebatur.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſ. 33.

Juſtorum vita longæva, & mors ſecura; mors autem peccatorum peſſima.

Docet hæc Pſalmos citatos: ET

I. ARtem diu, & benè vivendi tradit eſſe timorem Dei, cujus varios effectus affert. à v. 12. & deinceps. part. 1. pag. 230. & ſeq.

II. De morte Juſtorum. v. 22. pag. 233. adde ex Pſal. 15. verſ. 9. & ſeq. part. 1. pag. 87. & ſeq.

III. De morte verò peccatorum. v. 16. & 21. pag. 231. & 232. & ſeq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Noli flere.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſ. 38.

Vitam potius nobis noſtram, quàm mortem deflendam eſſe.

I. Videri poſſet mors, quam hodiernum Evangelium memorat, meritò defleri debuiſſe, tum quod eſſet adoleſcentis in flore ætatis ſuæ, tum quod filij unici, tum quod mater ejus eſſet vidua. Sed ſi benè expendantur ſolidiora momenta rationum, rectè cum Chriſto deflenti cuicunque mortem cujuscunque dicere poſſumus: *Noli flere*, imò faſtidiendam vitam nobis, & deflendam potius judicabimus.

II. Rationes has affert S. David, Pſ. 38. poſtquam enim cœleſte lumen imploraſſet cognoſcendi vitæ ſuæ terminum, numerumque dierum ejus v. 5. & 6. pag. 283. non ex curioſitate, ſed ad felicem mortem obtinendam. Illuminatus â Deo eas ſubjungit. v. 7. & ſeqq. usq; ad 16. uti videre eſt. part. 1. pag. 284. & ſeqq.

III. Quibus ipſe permotus tantus licet Rex, & in tanta rerum affluentia è vita eximi à Deo cum lacrymis precatur. verſ. 16. & ſeqq. pag. 288. & ſeq.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang. & verbis citatis.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſ. 41. Ejusdem argumenti.

Faſtidium vitæ hujus ob quas cauſas meritò concipere poſſimus, & debeamus.

I. CAuſas ſublimiores, & magis ſpirituales à ſalute noſtra, ejusque perdendæ periculo petitas affert S. Propheta. Pſ. citati, v. 8. & ſeqq. part. 1. pag. 320. & ſeqq.

II. Subjungens media ex hujus vitæ miſerijs ad beatam alteram pertingendi. à v. 16. ibid. pag. 323. & ſeq.

DOMINICA DECIMA SEPTIMA POST PENTECOST.

Ex Evang. Luc. 14.

Et ipſi obſervabant eum.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 100. præſertim & alijs.

De obſervatione malignâ.

Contra hanc S. Pſaltes varijs in Pſalmis agit:

I. PSal. 100. Suo exemplo docet non minus ſe proſecutum odio fuiſſe malignos quàm homines cordis pravi, ſeu politicos, & occultos detractores, quibus malignos ſociat utpote ejusdem farinæ. v. 8. & 9. part. 2. pag. 257. & ſeq. ut maligna obſervatio ex pravo corde palliata detractio dici poſſit.

II. Quid verò homo cordis pravi, aut malignus ſit, afferuntur variæ expoſitiones diverſorum Patrum, & interpretum non inconcinnæ, & ineruditæ, ex quibus natura, proprietates, & effectus hujusmodi hominum deſcribitur, aulicorum præcipuè, & politicorum. pag. 456. & ſeqq.

III. Explicatius verò malignantium obſervationem declarat. Pſal. 36. v. 12. part. 1. pag. 259. In quo etiam Pſalmo remedia contra malignantes ſuggerit.

IV. Vid. etiam Pſ. 118. v. 115. part. 3. pag. 354. & Pſ. 14. v. 4. part. 1. p. 81.

PRO EADEM DOMINICA.

In ead. verba Evang.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 34.

Malignas Judæorum machinationes contra ſe quomodo Chriſtus tulerit.

VId. part. 1. pag. 239. & ſeqq.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Recumbe in noviſſimo loco.

CONCIO TERTIA.

De humilitate.

VIde Concionem primam in Dominicâ tertiâ poſt Epiphan. & quæ ad eam annotantur de humilitate.

Item concionem ſecundam in Dominicam undecimam poſt Pentecoſten. Ubi etiam habetur.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex ejusd. Evang. verbis.

Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliaverit, exaltabitur.

CONCIO QUARTA.

Evangelici hujus axiomatis ex Cantico B. V. Magnificat, & Annæ confirmatio.

VId. Concionem tertiam ibid.

DOMI-

DOMINICA DECIMA OCTAVA POST PENTECOST.

Ex Evang. Matth. 22.

Quod eſt mandatum magnum in lege.

CONCIO PRIMA.

Hujus quæſtionis, & ſimilium propoſitio, atque reſponſio quam ſalutares ſint.

HAbeur in ſimili quæſtione Evangel. Dominic. 13. poſt Pentecoſt. vid. Concionem tertiam, ibid.

ITEM PRO EAD. DOMINICA.

Ad verba.

Diliges Dominum Deum tuum, &c.

CONCIO SECUNDA.

VId. Concionem quartam ejusdem Dominicæ 13. poſt Pentecoſt.

PRO EAD. DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Quid vobis videtur de Chriſto?

CONCIO TERITA.

Septem divinæ Chriſti præcellentię.

PSalmum, cujus verſum primum Phariſæis objicit Chriſtus, & ex quo ſolvere quæſtionem à Chriſto ſibi propoſitam poterant, quibus præconijs SS. PP. & in ijs Caſſiodorus afficiant, habetur in argumento ejus, part. 3. pag. 191. Ubi etiam ponitur ſumma præcellentiarum Chriſti divinarum, juxta quarum ordinem ad Chriſti quæſtionem ipſo innuente, & indicante ſolutionis fontem hunc reſponderi poteſt.

1. Chriſtum

1. Chriſtum Davidis filium, noſtrumque quoad naturam humanam fratrem, cum Deo Patre ſimul ejusdem eſſe naturæ divinæ, & æqualis poteſtatis, & gloriæ eodem in throno conſidere. v. 1. pag. 192.
2. Ejus dominium in hoſtes etiam, & felix regni auſpicium quod ex Sion orietur, duraturum in æternum. v. 2. pag. 192.
3. Æternam quoque eſſe ejus generationem à Deo Patre. v. 3. pag. 193.
4. Eſſe ſummum, & æternum Sacerdotem Melchiſedechianum, & Pontificem maximum. v. 4.. pag. 196.
5. Dominium Orbis univerſi ab eo detriumphati, & ſubjugati eum habiturum. v. 5. pag. 199.
6. Judiciariam poteſtatem univerſalem vivorum & mortuorum ei traditam. v. 6. pag. 200.
7. Et has prærogativas meritis, ac virtute ſuâ ab ipſo eſſe acquiſitas. v. 7. pag. 201.

Huic materiæ ſervire poſſunt.

I. Ex Pſ. 2. Quo thronus Chriſti inconcluſus, & filiatio ejus divina, nec non dominium, & regnum in omnes univerſale exponitur. part. 1. pag. 12. & ſeqq.
II. Qualis Rex Chriſtus, diverſus ejus regendi modus ſubditos obedientes, & refractarios. ibid. pag. 13. & 15.
III. Chriſtus paſtor optimus, ſapientiſſimus, & potentiſſimus. eâd. part. pag. 141.
IV. Chriſti ſponſi encomia tredecim ex Pſ. 44. part. eâd. pag. 337.
V. Chriſtus quomodo deſcribatur à David: *Deus noſter, Deus ſalutarium noſtrorum, & Deus ſalvos faciendi*, ex Pſ. 67. p. 2. pag. 135.
VI. Chriſtus Judex ſummus à Patre ſupremam poteſtatem judiciariam accepit, ex Pſ. 71. 2. part. pag. 169.
VII. Chriſtus primogenitus æterni Patris quomodo ſit & Rex ſummus, ex Pſ. 88. part. 2. pag. 336.
VIII. Chriſti veri Salomonis regnum, ex Pſ. 71. part. 2. pag. 168.
IX. Ejusdem, & regni ejus felicitas, & benedictio, ex Pſ. 71. eâd. part.
X. Chriſtus eſt arca fæderis inter Deum, & nos ex Pſ. 67. p. 2. pag. 125.

DOMI-

DOMINICA DECIMA NONA POST PENTECOST.

Ex Evang. Matth. 9.

Videntes turbæ timuerunt, & glorificaverunt Deum.

CONCIO PRIMA,

Ex Pſ. 24. & Pſ. 33.

Timor Domini quantum bonum, & in quo conſiſtat.

I. PRæclarus fuit hic effectus patrati à Chriſto miraculi perſonato paralytico, timor Dei ut Evangeliſta refert.

II. Quantum verò bonum ſit timor Dei oſtendit Pſalmiſta citato. Pſ. 24. v. 15 & ſeqq. part. 1. pag. 253. & ſeqq.

III. In quo ſitus ſit, & quomodo tum comparetur, tum exerceatur docet. Pſ. 33. à v. 12. eâd. part. pag. 230. & ſeqq.

IV. Viri timentis Deum benedictiones exequitur. Pſ. 111. p. 3. pag. 215. & ſeqq.

Accedunt ejusdem argumenti.

1. Ex Pſ. 110. v. 9. part. 3. pag. 212. qualis, & quàm excellens timor Dei.
2. Pſ. 118. v. 38. eâd. part. pag. 301. Quod ſit univerſale antidotum contra peccata. & v. 119. eâd. part. pag. 357. ejusdem effectus.
3. Pſ. 127. Qui noſtram beatitudinem, & felicitatem in timore Domini conſtituit. part. 3. pag. 436. & 438.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Confide fili.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſalmis diverſis.

De confidentiâ erga Deum.

VId. Concionem tertiam in Dominicam 3. poſt Epiphaniam. & quæ pòſt eam adnotantur pro eâdem fiduciâ erga Deum.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Remittuntur tibi peccata tua.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 50.

Quam grata hæc vox Chriſti :

Remittuntur tibi peccata.

OStenditur hoc Pſ. 50. exemplo Davidis, & aliorum SS. pœnitentium, utriusque Teſtamenti.

1. Ad verſ. 7. pag. 444. part. 1.
2. Ad v. 9. pag. 448. & ſeq.
3. Pag. 461. Ex Alberto Magno.

DOMINICA VIGESIMA POST PENTECOST.

Ex Evang. Matth. 22.

Vidit hominem non veſtitum veſte nuptiali.

CONCIO PRIMA,

Ex Pſal. 31.

Veſtis nuptialis eſt ſtola innocentiæ : Ejus gradus & media.

I. MEritò veſtis nuptialis ſtola innocentiæ dicitur, tum quia in primis nuptijs baptiſmi, quibus deſponſatur anima Chriſto per fidem, datur; tum quia ad nuptias agni Cœleſtes afferenda eſt, de quibus Eccleſia canit : *Ad regias* (ſeu nuptiales) *agni dapes ſtolis amicti canditis, &c.*

II. Innocentiæ hujus, & immunitatis à peccato quanta ſint bona, tresque gradus ejus explicantur, Pſ. 31. â v. 1. part. 1. paq. 206. & ſeqq.

III. Media

III. Media ejus tum conſervandæ, tum reparandæ ſubduntur. ibid. pag. 208. & ſeqq. Et

IV. Ejus effectus peccati effectibus oppoſiti. pag. 213. & ſeq. ibid.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 100.

Innocentiæ exemplum S. David Magnatibus, Prælatis, & Patribus familiâs imitandum.

I. PRoponit illud in ſe Regius Pſaltes, Pſ. 100. à v. 3. *perambulabam in innocentiâ cordis mei*, &c. Cujus verſus explicatio non minus pium quàm doctum diſcurſum ſubminiſtrat. vid. p. 2. pag. 449.

II. Integritatis, & innocentiæ illius actus ſeu partes, & effectus ſubjungit à v. 4. tam quoad propriam perſonam, quàm quoad alios ſive domeſticos, ſive extraneos. eâd. part. pag. 452. & ſeqq.

Addi poſſunt.

1. Similes effectus integritatis ex Pſ. 118. v. 45. & ſeqq. vid. p. 3. pag. 306. & ſeqq.
2. Ex ejuſd. Pſ. v. 1. & ſeqq. Ejuſdem integritatis felicitas, & beatitudo hujus vitæ. eâd. part. pag. 268. & ſeqq. deprædicatur.
3. Ejuſdem ferè argumenti eſt, Pſ. 24. in quo ſuam innocentiam contra obtrectatores coram Deo Judice probat S. David, ejuſque media, & effectus, ſeu actus ſubjungit. part. 1. pag. 158. & ſeqq.

DOMINICA VIGESIMA PRIMA POST PENTECOST.

Ex Evang. Joan. 4.

Credidit homo ſermoni, quem dixit ei JESUS.

CONCIO PRIMA.

Ex diverſis Pſalmis.

Fides Reguli.

I. INter virtutes Reguli, quæ ex Evangelio hoc elucent, fides quam thema citatum laudat, præcipua eſt.

II. Nititur illa verbo, vel ſermone Dei fideliſſimi & veraciſſimi, de quo Pſ. 55. v. 4. David. part. 2. pag. 38. & ſpei omnis fundamentum eſt.

III. Quam fidelis ſit ſermo ille, deducitur ex Pſ. 110. v. 7. ubi quæ de mandatis Dei dicuntur, etiam de ſermone & promiſſis ejusdem intelligi, & applicari debent. part. 3. pag. 205.

IV. Eadem confirmantur, & illuſtrantur, ex Pſ. 11. v. 7. per ſimilitudinem argenti igne examinati, cui comparantur. p. 1. pag. 68. Et declarantur.

V. A contrario fallacium mundi promiſſorum. ibid. pag. 66. & ſeq. Ex quibus in Deo fiducia cum Regulo ponenda.

Addi poſſunt.

1. Quæ de lege divinâ ſoli eleganter comparata habentur. Pſalm. 18. à v. 18. part. 1. pag. 112.
2. Item quæ de fidelitate Dei benigniſſima in Iſraëlitas multis exemplis declarat. Pſ. 104. part. 3. pag. 104.
3. Item Pſ. 131. eâd. part. pag. 467.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.
Ex eod. Evang.

Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis.

CONCIO SECUNDA.
Ex Pſal.

De motivis fidei, & fiduciæ noſtræ erga Deum.

I. Etſi miracula, & prodigia ad excitandam fidem, & fiduciam noſtram in Deum aſperanda non ſint, ut quæ idcircò Chriſtus patravit etiam, non debent tamen eſſe cauſa, vel motivum principale.

II. Illud enim ſicut in fide eſt revelatio, vel ſermo Dei, de quo concione ſuperiori dictum: *Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Ieſus*, & ejus veracitas, & fidelitas. Ita in fiduciâ eſt Dei præſertim Miſericordia, & Bonitas, nec non Potentia, Sapientia & Chriſti merita. Ut conc. 3. pro Dominicâ 15. poſt Pentecoſt. pluribus demonſtratum eſt ex varijs Pſalmis præſertim 138. part. 3. pag. 510. & ſeq. Vide citatam concionem.

III. Hic fiduciæ divinæ geminos fontes addemus ex Pſal. 129. part. 3. pag. 452. & ſeqq. *Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemtio.*

De fiduciâ erga Deum ejusque motivis partim illâ, partim alijs in concionibus varia annotata diverſis ex Pſalmis videri poſſunt præſertim poſt concionem 2. pro Dominicâ 3. Poſt Epiphan.

DOMINICA VIGESIMA SECVNDA POST PENTECOST.

Ex Evang. Matth. 18.

Debebat ei decem millia talenta.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 50.

Peccatum mortale ingens, & infinitum propè malum ac debitum.

SUmma decem millium talentorum auri ſi talenta hebræa accipiatur, ingens omninò eſt, & ſecundum Tirin. 720. vaſorum auri, vel 72. millionum, per quod debitum benè adumbratur peccatum mortale.

I. Ejus cognitio præcipuum medium eſt converſionis ad Deum ex Pſ. 50. part. 1. pag. 431. & ſeq.

II. Duplex ejus cognoſcendi modus, primus per effectus, ib. pag. 432. & ſeq.

III. Alter cognoſcendi modus eſt, à priori; quod ſit offenſa Dei. pag. 438. & pag. 427. & ſeq.

IV. Ex quibus ingens, & infinita ejus malitia colligitur, ob quam deteſtatio ejus, & dolor concipi poteſt cum S. David pœnitente.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Miſertus Dominus ſervi dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.

CONCIO SECUNDA.

Ex eod. Pſ. 50.

Abſolutio à reatu peccati magnum opus miſericordiæ Dei.

I. REatus peccati duplex eſt, alter culpæ à quo per remiſſionem peccati DEUS peccatorem abſolvit, pro quo pœnitens David orat. v. 2. vid. part. 1. pag. 427. & ſeqq. & v. 3. pag. 429. & 431. & pag. 444. & pag. 449.

II. Alter

II. Alter eſt pœnæ, pro quo remittendo peccatur, v. 10. pag. 451. & ſeq.

III. Uterque per abſolutionem remittitur. pag. 444. & ſeq. & pag. 448.

Huc etiam facit.

1. Ex Pſ. 31. v. 6. explicatus. part. 1. pag. 210.
2. Confirmatur illis quæ dicuntur. Pſ. 50. part. 1. pag. 444.
3. Poteſt etiam ad illa verba *Procidens ſervus rogabat* concio prima huc transferri, quæ habetur pro Dominicâ 3. poſt Epiphan. de Humilitate, quod ſit ars impetrandi à Deo quidvis.

DOMINICA VIGESIMA TERTIA POST PENTECOST.

Ex Evang. Matth. 22.

Scimus quia verax es.

Et

Quid me tentatis hypocritæ.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 32. & 11.

Chriſti Dei veracitas, & hominum fallaciæ.

I. Veracitatem Dei non phariſæo animo, ſed vero laudat, & exquiſito modo celebrari hortatur. Pſ. 32. v. 4. part. 1. pag. 217. & ſeq.

II. Eandem commendat. Pſ. 11. ead. part. pag. 68.

III. Opponit illi, & deteſtatur fallaciam, & hypocriſin hominum in Phariſæis repræſentatam, ib. pag. 66.

Vide etiam concionem primam pro Dominicâ 21. poſt Pentecoſt.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.
Ex eod. Evang.

Viam Dei in veritate doces.

CONCIO SECUNDA.
Ex Pſal. 118.

Viæ Dei quæ?

POſtquam vias ſuas enunciaſſet S. David coram Deo. v. 26. part. 3. pag. 290. Viciſſim varias vias memorat. Pſ. citat. quas vel laudat, vel reprobat.

1. ℣. 27. Viam juſtificationum, in quâ petit inſtrui. part. 3. pag. 291.
2. ℣. 29. Viam priori contrariam, viam iniquitatis, quam à ſe orat amoveri. ibid. pag. 293.
3. ℣. 30. Viam veritatis, quam elegiſſe ſe gloriatur. ibid. pag. 294.
4. ℣. 32. Mandatorum, quam dilatato corde decurrerit. ib. pag. 295.

PRO EADEM DOMINICA.
Ex eod. Evang.

Viam Dei.

CONCIO TERTIA.
Ex Pſal. 102.

Cognitio viarum Dei ex varijs ejus attributis.

POſtquam hoc Pſ. David gloriatus eſſet, quod notas feciſſet vias ſuas Deus Moyſi. v. 27. part. 3. pag. 53.

Subjungit poſtmodum vias varias in ſeqq. quarum expoſitio non injucunda videri poteſt. pag. 56. & ſeqq.

PRO

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eodem Evang.

Non reſpicis perſonam.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 110.

Non reſpicienda in perſonis niſi virtus præſertim Magiſtratibus, & Magnatibus quoad officiales ſuos.

SUo id exemplo Principibus imitando præclarè docet S. David, Pſ. 100. v. 8. in quem varia exempla, & documenta ſuggeruntur pro adſciſcendis familiaribus, coſiliarijs, miniſtris, probatis ſine reſpectu perſonarum, & privato affectu, &c. part. 3. pag. 469. & ſeqq.

DOMINICA VIGESIMA QVARTA POST PENTECOST.

Ex Evang. Matth. 9.

Filia mea modo defuncta eſt, ſed veni.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 69. & 85.

Feſtinæ Dei opis imploratio.

I. Docuit hoc exemplo Princeps, cujus filia defuncta erat, ut mox ad Chriſtum ſe conferret.

II. Idem docet v. 1. Pſ. 69. Quo Eccleſia utitur frequenter. part. 2. pag. 156.

III. Et Pſ. 85. part. eâd. pag. 297.

PRO EADEM DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Si tetigero tantum veſtimentum ejus, ſalva ero.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 20.

Humilis fiduciæ in Deum præmia.

I. HAnc mulier illa fluxu ſanguinis laborans tot annis ob oculos nobis clarè ponit ſuo dicto & exemplo, medicorum fruſtrata auxilio.

II. Quod idcircò à Chriſto exquirendum ſtatuit, & invenit cum Davide, Pſ. 120. v. 1. & 2. part. 3. pag. 195. & ſeq.

III. Cujus fiduciæ effectus, & præmia in ejus perſonâ nobis dilaudat, & ad imitandum eum hortatur reliquâ parte Pſ. eod. v. 3. part. 3. pag. 197. & ſeqq.

PRO EAD. DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Confide filia fides tua te ſalvam fecit.

CONCIO TERTIA.

VId. Concionem 3. in Dominic. 3. poſt Epiphan. & quæ poſt eam adnotantur, quæ & adducitur pro Dominicâ 2. Quadrageſimæ.

DOMINICA VIGESIMA QVINTA ET VLTIMA POST PENTECOST.

Ex Evang. Matth. 24.

Videbunt filium hominis venientem in nubibus.

CONCIO PRIMA.

De extremo Iudicio, & Chriſti ad illud adventu.

VId. Concionem primam, ſecundam, tertiam, quartam Dominicæ 2. Adventûs, & quæ annotantur poſt eas.

PRO

PRO EAD. DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Cum videritis abominationem deſolationis.

CONCIO SECUNDA.

De pœnis Iudæorum Chriſtum reprobantium.

VId. Concionem ſecundam Dominicæ. 10. poſt Pentecoſt. & quæ poſt eam adnotantur.

PRO EAD. DOMINICA.

Ex eod. Evang.

Verba mea non præteribunt.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 93.

Dei ultio etſi differtur in hoc ſæculo, tamen non aufertur in altero & extremo Iudicio.

Docet id Pſ. citato 93. Pſaltes, &

I. DEum ultionum Dominum eſſe absque omni reſpectu. verſ. 1. part. 2. pag. 384.

II. Inſurgit idcircò in peccatores, eoſque, & ſcelera eorum perſtringit. ibid. pag. 385. & ſeq.

III. Increpat eorundem cæcitatem, quaſi Deus hæc ſcelera non advertat. pag. 388 & ſeq. Sed

IV. Diſſimulare ad judicium ea. pag. 389. tantisper nunc aſſeris.

V. Interim non ſcandalizari debent Juſti, ſed patientèr expectare, v. 16. pag. 390.

VI. Tunc in judicio æquiſſimam feret pro Juſtis contra injuſtos Judex Chriſtus ſententiam. pag. 392.

CONCIONATORIS EXTEMPORALIS.

Ex Psalmis.

PARS SECUNDA,

In

EVANGELIA

Feſtorum immobilium ab Adventu ad finem anni.

IN FESTO IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS BEATISSIMÆ VIRGINIS.

Ex Evang. Matth. 1.

De quâ natus eſt JESVS, qui vocatur Chriſtus.

CONCIO PRIMA.

Ex Cantici B. V. Magnificat. ℣. 4.

Fecit mihi magna qui potens.

Maternitas DEI opus divinæ potentiæ maximum.

DUplicem cauſam exultationis in Spiritu, & exaltationis ſuæ in matrem Dei, ſeu ut ex ſe *naſceretur IESVS, qui vocatur Chriſtus*, Salvator, inquam, Mundi, Homo-Deus, decantat, & deprædicat ipſa virgo verſu 4. ſui Cantici *Magnificat.* Alteram Potentiam, *fecit mihi magna qui potens eſt*; alteram Sanctitatem Dei; *& Sanctum nomen ejus*, de primâ agetur hâc concione.

I. Magna

I. Magna, ſive magnalia, quæ Deus matri ſuæ præſtitit, referuntur ex SS. PP. multa, & eximia. punct. 2. in v. 4. medit. 9. part. 4.

II. Quorum omnium non ſolùm præcipuum, ſed etiam fundamentum eſt *Maternitas Dei*. Opus omninò omnipotentiæ divinæ, quô majus fieri à Deo nequit S. Thomâ teſte, & SS. PP. Cujus cauſæ inibi adducuntur.

III. Comparaturque opus illud cum operibus ceteris, quibus Deus omnipotentiam ſuam declaravit olim, & antefertur multis partibus.

IV. Adduntur elogia SS. PP. de eo, & Sanctiſſimâ Virgine Deiparâ, in quâ illud perfectum eſt.

PRO EODEM FESTO.

Ex ijsdem Evangelij verbis.

De quâ natus eſt JESVS.

CONCIO SECUNDA.

Ex eodem Cantic. Magnificat.

Et Sanctum nomen ejus:

Cauſa Maternitatis Dei in Virgine Dei ſanctitas eſt.

I. HAnc alteram cauſam magnalium ſibi præſtitorum ſubjungit Virgo priori, ſeu potentiæ, *qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus.*

II. Duplex Sanctitatis illius expoſitio adfertur, ut ſcilicet Sanctitas illa Dei vel innuatur eſſe cauſa maternitatis ex parte Dei, vel effectus, ex parte hominum. eâd. part. 4. & med. 9. punct. 2. ad v. 4. citatum.

III. Et licet utroque modo conveniat Virgini cauſa illa Sanctitatis, modo tamen ſecundo magis quadrat ejus immaculatæ Conceptioni, quâ non ipſa ſolùm ſine omni labe concepta eſt, ſed per Spiritum Sanctum puriſſimè ſine viri interventu concepit filium Dei, qui cum Sanctus Sanctorum ſit, Matrem, ex quâ naſceretur, etiam Sanctiſſimam, & puriſſimam habere

Digitized by Google

voluit juxta Eccleſiæ ordinationem: *Deus, qui glorioſæ Virginis, & Matris Mariæ corpus, & animam, ut dignum filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu S. cooperante præparaſti.* Vid. ibid. latius illa deducta, & alia inſuper huc facientia.

IN FESTO S. THOMÆ APOSTOLI.
Ex Evang. Joan. 20.

Venit IESVS, & ſtetit in medio.

CONCIO PRIMA.
Ex Cantico Habacuc.

VIde Concion. pro feriâ tertiâ Paſchatis.

PRO EODEM FESTO.
Ex eod. Evang.

Pax vobis.

CONCIO SECUNDA.

VIde illam pro Dominicâ primâ poſt Paſcha ex Pſalmis varijs.

PRO EAD. FESTO.
Ex eod. Evang.

Quia vidiſti, me Thoma, credidiſti?

CONCIO TERTIA.

De motivis fidei.

VIde Concionem primam, & ſecundam pro Dominica 21. poſt Pentecoſten.

PRO

PRO FESTO S. STEPHANI.

Ex Evang. Matth. 23.

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 90.

Tenerrimi amoris, & ſingularis curę erga nos ſimilitudines ſacrarum literarum.

PRima eſt gallinæ, quam hic Chriſtus affert, & habetur tum Pſ. 90. citato v. 4. part. 2. pag. 358. tum Pſ. 34. v. 17. 1. part. pag. 241.

Secunda aquilæ volitantis ſuper pullos ex ejusd. Pſ. citat. v. 4. part. 2. pag. 359. Ubi & de diſcrimine inter gallinam, & aquilam diſcurſus habetur non inelegans.

Hanc ſimilitudinem aquilæ Moyſes etiam adduxit deſcribendo Providentiam Dei erga Iſraëlitas. vid. medit. 7. in Canticum Moyſis. part. 4. punct. 2. in v. 15. & 16. & poſt v. 17. Et ex S. Hieron. & S. Ambroſ. præclaras comparationes CHRISTI cum aquila.

Tertia Scuti. ibid. v. 5. pag. ead. & ſeq.

Quarta. Atque horum tum fundamentum eſt, tum medium aptiſſimum, ſuaviſſimumque committendi nos divinæ Providentiæ, quod ſub initium. ejusd. Pſ. 90. v. 1. & 2. affertur qui habitat in Adjutorio altiſſimi.

Quinta Matris, & proximi, intimique amici. Pſ. 34. verſ. 17. part. 1. pag. 241.

Sexta. Oculorum, & cordis, in quibus collocatos habet Deus eos, quibus Providentia ſua conſulit. Pſal. 30. verſ. 25. & 26. part. 1. pag. 204.

Vide etiam in Canticum Moyſis, med. 7. part. 4. punct. 2. verſ. 14.

PRO

Digitized by Google

ſtum oſtenſum, cui mutuam vicem rependere Chriſtus voluit, tum alias. Hic tamen titulus *dilecti* non ita peculiaris ei fuit, quin alijs etiam diſcipulis, & Chriſti fidelibus tribuatur à S. David, Pſ. 107. in quo poſt propheticam Chriſti reſurgentis, & aſcendentis enarrationem, ejusque gloriæ deſcriptionem; ejus curam, & orationem pro fidelibus ſuis, Eccleſiaque ſuâ apud Deum inducens titulum eundem illis tribuit. v. 5. & 6. *Vt liberentur dilecti tui.* part. 3. pag. 170. & ſeq. id quod ſolatio nobis ſingulari eſſe debet, nec non gloriæ, quemadmodum S. Joanni fuit, qui hunc titulum de ſe toties commemorat gloriabundus.

III. Alterum S. Petri motivum fuit, quod *converſus videret ſequentem* ultrò, ad quod ipſe ſingulariter invitatus fuit. In quo autem iſta ſequela conſiſtat, nempè in Chriſti regno, quod eſt Eccleſia medias inter perſecutiones propagando, & vitâ pro eo ponendâ explicat S. David in figurâ dilatati regni ſui. ibid. pag. 172. & Pſ. 119. ex quo Pſ. 107. deſumpta eſt. p. 2. pag. 70. & ſeqq. & latiùs explicatum eſt. ibid.

IV. Ad easdem Apoſtolicas virtutes amoris, & Zeli erga Chriſtum, & Eccleſiam inter tribulationes adhortatur S. David, Pſal. 67. prædicens ſtatum primitivæ Eccleſiæ. part. 2. pag. 126. & ſeq.

V. In quâ Spiritus mutuæ Charitatis maximè viguit, quô excelluit S. Joannes, & ad eundem paſſim tum voce, tum epiſtolis Chriſti, ſuosque diſcipulos hortatus eſt.

PRO EOD. FESTO.

Ex Eccleſ. 15. Quod in illo legitur loco Epiſtolæ.

Qui timet Deum, faciet bona.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 111.

Viri timentis Deum benedictiones.

QUæ accommodari illis poſſunt quæ in cap. 15. Eccleſ. citato promittuntur non abſimilia.

Vide Concionem primam in Dominic. 19. poſt Pentecoſt. & quæ illi adjunguntur.

Digitized by Google

IN FESTO PVRIFICAT.

Ex Evang. Luc. 2.

Et ecce Simeon homo juſtus, & timoratus expectans conſolationem Iſraël.

CONCIO PRIMA.

Ex medit. 10. part. 4. in Cantic. Simeonis.

Sancti ſenis Simeonis virtutes, & deſideria ſancta.

I. VIrtutes ejus perſtringuntur medit. 10. in Cantic. *Nunc dimittis.* punct. 1. part. 4.

II. Subjiciuntur ejusdem ſancta deſideria. ibid.

III. Quam cumulatè eisdem, & quantô illius ſolatiô Deus ſatisfecerit, exponitur. ibid.

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Nunc dimittis ſervum tuum in pace.

CONCIO SECUNDA.

Ex eod. Cantico.

Cauſæ deſiderij mortis in S. Simeone.

I. EXponuntur paraphraſi affectuosâ verba illâ S. Simeonis ex SS. PP. in fine puncti. primi medit. 10. in hoc Canticum. part. 4.

II. Cauſæ deſiderij ſubjiciuntur. punct. 2. ibid.

III. Effectus deſiderij, & ſancta Senis mors additur in fine. punct. 3. ibid.

IV. Quomodo ad exemplum S. Simeonis Chriſtiani ad mortem ſe comparare debeant, docetur. ibid. & in fine puncti 2.

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Lumen ad revelationem gentium.

CONCIO TERTIA.

Ex eod. Cantico. Simeonis.

Tria Chriſti elogia à S. Simeone prædicta.

1. QUod prædeſtinatus ab æterno in mundi Salvatorem fuerit.
2. Quod in lumen præſertim gentium ſit præordinatus.
3. Quod in honorem, & gloriam gentis ſuæ Iſraëliticæ ſingularem fuerit præparatus.

Habentur hæc puncto 3. dictæ med. 10. part. 4.

IN FESTO S. MATTHIÆ APOSTOLI.

Ex Evang. Matth. 11.

Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis.

CONCIO PRIMA.

Ex Cantico Annæ & B. M. V.

Humilium præ ſuperbis electio, & vocatio.

I. QUO ſenſu, & devotionis Spiritu Chriſtus gratias egit Deo Patri pro electione Apoſtolorum, & vocatione gentium ad fidem; & Eccleſiam, eodem Spiritu id fore prophetico inſtinctu prædixerunt, & gratias Deo egerunt Beatiſſima Virgo in Cantico ſuo Magnificat, & Anna longè ante in ſuo. Hæc v. 6. & ſeq. med. 4. punct. 2. part. 4. illa verò v. 6. medit. 9. punct. 3. ibid.

II. Quinam verò per ſapientes, aut ſuperbos, ac potentes, item per parvulos, & humiles intelligantur, pluribus declaratur loco citato præſertim in Cantico Magnificat.

Digitized by Google

III. Ad eundem ſcopum tendit, quod prædixit David. Pſal. 112. v. 5. & ſeqq. Vid. part. 3. pag. 225. juxta ea, quæ S. Paulus explicatiùs tradit. 1. Cor. 1. his monens Corinth. *Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes, &c. Sed quæ ſunt ſtulta mundi, elegit Deus, &c.*

Hiſcè gemina ſunt, quæ de humilitate, & humilium exaltatione dicta ſunt Concion. 3. in Dominic. 11. poſt Pentecoſt.

PRO EODEM FESTO.

Ex eod. Evang.

Jugum meum ſuave eſt.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſ. 118. & 37.

Jugum Chriſti ſuave, & peccati tyrannicum, & intolerabile.

I. JUgum Chriſti, & Dei non eſt aliud, quam ejus præcepta, & conſilia, quæ tantum abeſt, ut ſervatu ſint impoſſibilia, quod Heterodoxi blaſphemant, ut potius ſint jucunda, ſuavia, & delectabilia. Quod ſi ut David de veteri lege pronũtiavit experientiâ edoctus, ita id multò verius de ſuâ lege gratiæ Chriſtus teſtatus eſt; Porrò à Davide id aſſeritur. Pſal. 118. v. 54. & ſeq. part. 3. pag. 312. & ſeq. & eod. Pſ. v. 103. & ſeq. eâd. part. pag. 346. & ſeq.

II. Quam verò è contra Peccati jugum tyrannicum, & intolerabile ſit, oſtendit idem S. David in ſe, & exemplo ſuo, Pſ. 27. part. 1. pag. 266. & ſeqq.

PRO FESTO ANNVNCIATIONIS BEATÆ VIRGINIS.

Ex Evang. Luc. 1.

Ecce Ancilla Domini.

CONCIO PRIMA.

Ex medit. 9. in Canticum Magnificat, v. 3.

Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.

Humilitatem Virginis cauſam fuiſſe exaltationis ejuſdem in Matrem Dei.

I. PRofitetur illud de ſe ipſamet Virgo. v. 3. citato *reſpexit*, &c.

II. Cujus verſûs duplex affertur expoſitio, quæ utraque Virgini applicatur.

III. Humilitas Virginis ex SS. PP. non ſine vario affectu declaratur. vid. in v. 3. dicti candici medit. citatam, punct. 2.

PRO EOD. FESTO.

Ex eodem Evang.

Benedicta tu in mulieribus.

CONCIO SECUNDA.

Ex eod. v. 3. ejuſd. Cantici.

Beatam me dicent omnes generationes.

EX hâc Virginis de ſe prophetiâ declarantur Angeli Gabrielis verba *Benedicta* tu, &c. allatis cauſis, & SS. PP. teſtimonijs cur verè benedictam, & Beatam omnes generationes Virginem meritò pronuncient.

Vide citatam medit. 9. in Cantic. Magnificat. punct. 2. in v. 3.

PRO

PRO EOD. FESTO.

Ex eodem Evang.

Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur.

CONCIO TERTIA.

Ex ejusd. Cantic. ℣. 4.

Fecit mihi magna qui potens eſt.

Maximum omnipotentiæ Dei opus maternitas Dei.

VIde Concion. in feſto Conceptionis ejusd. Virginis.

IN FESTO SS. APOSTOLORVM PHILIPPI & JACOBI.

Ex Evang. Joan. 14.

Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 45.

Deo protectore nil timendum quâcunque in perturbatione rerum.

DOcet id Pſalmus citatus præclarè allatis motivis, rationibus, & exemplis, part. 1. med. 48. à pag. 363. & deinceps.

PRO EOD. FESTO.

Ex ijsdem Evang. verbis.

CONCIO SECUNDA.

Ejusdem argumenti ex Pſ. 10.

VIde medit. 11, in eundem Pſalmum. part. 1. pag. 62. quæ inſcribitur:

Scutum contra vanas timores, ſeu turbationes, Fiducia in divina Providentiâ.

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Creditis in Deum, & in me credite.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 4. medit. 4.

Chriſtus ratio ſpei noſtræ.

I. INter cetera motiva fiduciæ noſtræ in adverſis firmandæ, quæ adfert citato Pſalmo David, ut ſunt: exempla Sanctorum, & ſua experientia: vanâ ſpe in Creaturis repudiata præcipuum ſtatuit Prophetico Spiritus S. doctus lumine, Chriſtum ejuſque merita. v. 4. pag. 24.

II. Quæ etiam Pſ. 129. confirmantur, & amplificantur additis tribus titulis ex parte ejuſdem Chriſti, ſcilicet Bonitatis, vel miſericordiæ, copioſorum meritorum, & redemptionis noſtræ. p. 3. pag. 452. & ſeqq.

De fiduciâ noſtrâ erga Deum varijs ſupra Concionibus tractatum eſt.

Videri poſſunt quæ concion. 2. pro Dominicâ 3. poſt Epiphan. annotata ſunt, &c.

IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ.

Ex Evang. Luc. 16.

Etenim manus Domini erat cum eo.

CONCIO PRIMA.

Ex medit. 8. part. 4. in Canticum.

Benedictus Dominus Deus, &c.

S. Joannis Baptiſtæ prærogativæ.

POnuntur illæ ſtrictim, dictæ medit. 8. punct. 2. Sub initium ſupra decem, quæ explicatæ, & dilatatæ non nihil, materiam juſtæ Concionis ſuppeditant addito affectu, & duodecimâ prærogativâ S. Joannis ex Petro Damiani ad finem, punct. 2.

Vid. dictam medit. punct. 2. ad verſ. 9.

PRO

PRO EOD. FESTO.

Ex eodem Evang.

Quis putas puer iſte erit?

CONCIO SECUNDA.

Ex eod. Cantico.

Officia S. Joannis à Zachariâ Patre Spiritu prophetico prædicta.

QUæſtioni de S. Joanne, & admirationi cognatorum reſpondet ex revelatione S. Spiritûs Zacharias Pater, officia ejus prædicens: quorum

Primum *Prophetæ* v. 9. Ubi qualis Propheta S. Joannes fuerit.

Secundum *Præcurſoris*, eod. verſ. Ob quod & Angelus præparans viam Chriſto dicitur, & quâ id munus perfectione obierit. Quanquam ob Virginitatem etiam Angelus dici poſſit.

Tertium *Doctoris*, ubi de ejus doctrinâ cœlitus hauſtâ.

Quartum *Teſtis verbi Incarnati*, & Salvatoris Chriſti primæ autoritatis.

Quintum etiam pro *Veritate Sanguine fuſo*, unde triplici eſt laureolâ inſignis.

Quæ omnia complectitur punctum 2. dictæ medit. 8.

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

CONCIO TERTIA.

Ex eod. Cantico.

Geminus Dei Incarnati nos viſitantis effectus

1. ESt tanquam *medici* viſitando ſanantis infirmos.
2. Tanquam *liberatoris* viſitando redimentis captivos ex SS. PP. diverſis, v. 2.

3. Ex-

3. Explicantur ea in ſequentibus verſiculis, adducta cauſa hujus viſitationis ex divinis attributis varijs petita v. 3. & ſeqq.

Quæ continentur, punct. 1. medit. 8. in Cantic. *Benedictus Dominus Deus Iſraël*, à v. 2. & deinceps.

IN FESTO SS. APOSTOLORVM PETRI, & PAULI.

Ex Evang. Matth. 16.

Tu es Chriſtus filius Dei vivi.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſ. 2.

Qualis confeſſio S. Petri.

QUam Confeſſionem S. Petrus ex revelatione Dei de Chriſto edidit juxta ilud ejusdem Chriſti: *Caro, & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui in Cœlis eſt.* Eandem ex eadem revelatione, & inſtinctu divino Propheta Regius prædixit explicatius contra Antichriſtos, ſeu hoſtes Chriſti. Pſ. 2. in quo

1. In perſona Chriſti teſtatur æterno Incarnationis decreto Regem Cœli, & terræ etiam ſecundum humanam naturam ſe conſtitutum eſſe.
2. Finem hujus muneris ſui adjungit, ut ſcilicet Dei, divinæque Legis notitiam doceat.
3. Fundamentum Regiæ hujus poteſtatis, & dignitatis in Chriſto cum S. Petro ponit, quod ſit *filius Dei vivi* ab æterno genitus, cui per unionem hypoſtaticam conjunctus ſit.
4. Addit cauſam quoque meritoriam regiæ hujus exaltationis ſcilicet merita ejusdem Chriſti.
5. Regni Chriſti amplitudinem, & univerſalitatem deſcribit. Inſuper.
6. Formam Regni ex manſuetudine, & Juſtitia compoſitam. Ex quibus in affectum profeſſionis S. Petri, & SS. Ambroſij, & Auguſtini meritò erumpere licet. *Tu Rex Gloriæ*, &c.

Hæc omnia habentur puncto 2. medit. 2. in Pſal. 2. part. 1. pag. 23. & ſeqq.

PRO EOD. FESTO.

Ex eodem Evang.

Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 92.

Eccleſiæ ſupra S. Petrum ædificatæ ſtabilitas.

I. QUàm rectè hic Pſalmus 92. huic materiæ, & propoſito quadret, habetur in ejus argumento. part. 2. pag. 379.

II. Eccleſiam eſſe regnum novum quod Chriſtus fundavit, & glorioſè poſſedit poſt reſurrectionem ſuam, & ſtabilivit ſupra S. Petrum ibid. oſtenditur. pag. 280.

III. Et quamvis contra eam fluctus, & tempeſtates perſecutionum inſurgant, in ijs tamen mirabilitèr comprimendis miram potentiam ſuam oſtendit Deus. ibid.

IV. Ut promiſſiones, & teſtificationes ejus fide digniſſimæ ſint, quibus promiſit ſe domum ſuam, ſeu Eccleſiam in Sanctitate inconcuſſam ſervaturum, ut nec ipſæ portæ inferi adverſus eam prævaliturae ſint. ibid.

Huic etiam argumento ſervire poteſt.

1. Pſ. 86. vide medit. in eundem part. 2. pag. 305.
2. Pſ. 45. part. 1. pag. 363.

IN FESTO VISITATIONIS B. VIRGINIS.

Ex Evang. Luc. 1.

Ut facta eſt vox ſalutationis in auribus meis, exultavit infans in utero meo.

CONCIO PRIMA.

Ex medit. 9. in Canticum Magnificat.

Philomelæ cæleſtis Mariæ vox, ſeu ejus Cantici Magnificat virtus & efficacia.

PHilomelæ rectè comparatur Beatiſſima Virgo ob Cœleſte melos, & Canticum ſuum Magnificat, quod I. Sicut

I. Sicut Luſciniæ Cantus omnis generis voces, & tonos, cantusque avium in ſe continet. Ita Magnificat omnium Creaturarum laudes, & omnium affectuum cœleſtium, virtutumque concentum in ſe complectitur.

II. Sicut Luſcinia cantu ſuo vel pullos animat, vel exanimatos iterum reviviſcere facit juxta diverſos autores, ita voce Salutationis ſuæ Virgo S. Joannem tum animavit, ut exiliret in utero, tum originali labe exanimatum, ſanctificante gratiâ redanimavit, quod vitali exultationis motu in utero ipſe teſtatus eſt, & Elizabet mater; *Vt facta eſt vox*, &c. *exultavit infans*, &c.

III. Sicut ad ſimiles modulos provocat ſuo cantu pullos ſuos, eos informans, & inſtruens. Ita Virgo exemplari cantico ſuo Clientes ſuos, & præſertim S. Joannem parvulum, & matrem ejus inſtruxit.

Hæc omnia habentur punct. 1. circa medium medit. 9. part. 4.

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Magnificat anima mea Dominum.

CONCIO SECUNDA.

Ex eod. Cantico.

B. Virgo Deum magnificandi, & gratias illi agendi perfectum exemplar.

EXhibet hoc ſuâ gratiarum actione Virgo in cantico ſuo Magnificat, quod ideò:

I. Comparatur decachordo ob decem verſus ejus, quibus tum Dei beneficia, tum attributa ejusdem decantantur.

II. Quia perfectiſſimo id modo facit: omnem in Deum gloriam refundendo, & nihil ſibi attribuendo, ut ex S. Bern. & occaſione hujus cantici oſtenditur.

III. Quid ſit à ſuâ Creaturâ magnificari Deum, & quomodo id exemplo ſuo nos doceat Virgo. In deprædicando beneficio Incarnationis, & Redemptionis noſtræ oſtenditur.

Continentur hæc punct. 1. ſub initium medit. 9. part. 4.

PRO EOD. FESTO.

Ex eodem Evang.

Bendicta tu inter mulieres.

CONCIO TERTIA.

Ex eod. Cantico.

Meritò benedici ab omnibus Virginem ter benedictam.

VIde Concionem ſecundam pro feſto Annunciationis.

Faciunt huc etiam Conciones pro feſto immaculatæ Conceptionis ejusdem.

IN FESTO B. MARIÆ MAGDALENÆ.

Ex Evang. Luc. 7.

Vides hanc mulierem.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 50.

B. Maria Magdalena ſpeculum pænitentiæ.

PRopoſuit hoc Phariſæo, & nobis Chriſtus, ut meritò S. Davidi quem in Pſalmi 50. expoſitione. medit. 53. in eund. part. 1. Speculum Pænitentiæ diximus comparari poſſit.

I. In agnitione, & deteſtatione peccati ſui, de quâ v. 4. multis agitur. eâd. medit. pag. 31. & ſeq. Hanc in ſe fuiſſe ex Concionibus Salvatoris, vel divinâ illuminatione hauſtam teſtatur Magdalena, quod domo ſuâ exurgens in convivium Phariſæi ſe ingeſſerit, & opportunè importunè Chriſtum quæſierit ut habetur. pag. 432. in eund. Pſ. & ſeq. & pag. 434. & ſeqq.

II. In contritione ex motivo amoris Dei, de quâ v. 8. pag. 437. & ſeq. & de hâc teſtatur ipſe Chriſtus, *remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.*

III. In humili, & perfectâ confeſſione, de quâ v. 6. pag. 443. & ſeqq. Hanc in Magdalenâ teſtatur ejus lacrymæ, & luctuoſa alia ſigna externa, quibus tacitè peccatum ſuum confitetur.

VI. In

IV. In remiſſione ejusd. de quâ v. 7. pag. 444. Cujus jucundum nuncium audivit etiam Magdalena : *remittuntur tibi peccata tua.*

V. In reſtitutione ad priſtinum ſtatum, pro quo ita multis David obſecrat Deum ſeqq. verſibus à pag. 448. & deinceps, item pag. 458. quod etiam beneficium Chriſtus illi contulit his : *vade in pace*, pag. 462.

VI. In ſatisfactione perfectâ pró peccatis. pag. 462. ubi etiam Magdalenæ exemplum adducitur.

Et quia materia hæc amplior eſt quam ut unâ Concione conſtringi queat, poſſunt plures de eâ Conciones formari juxta 3. partes pœnitentiæ pro cujusque libitu, & affectu.

IN FESTO S. IACOBI APOSTOLI.

Ex Evang. Matth. 15.

Neſcitis quid petatis.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 5.

Bonæ orationis qualitates.

HAbentur illæ puncto 1. medit. 4. part. 1. pag. 30. in Pſ. 5. qui inſcribitur *pro eâ, quæ hæreditatem conſequitur*, quam, Regni Cœleſtis ſcilicet, per Matrem petiverunt à Chriſto filij Zebedæi, ſed non ordinatè hinc audiverunt : *neſcitis quid petatis.*

PRO EODEM FESTO.

Ex eod. Evang.

Poteſtis bibere calicem.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 115.

Calix paſſionis quomodo à nobis bibendus.

I. AFferuntur citato Pſalm. 15. v. 4. varij calices in expoſitione verborum illorum : *Calicem ſalutaris accipiam* ex antiquitate Judæorum.

II. Illa, quæ de Calice paſſionis verba iſta exponit, approbatur.
III. Modus additur quo SS. & Martyres eum biberunt, quæ habentur. part. 3. pag. 245. 246. & 247. punct. 2. medit. 118. in hunc Pſalmum.

His adde ex Pſ. 22. v. 7. & quæ afferuntur in ejus expoſitione, part. 1. pag. 143. & ſeq.

IN FESTO S. LAVRENTII.

Ex Evang. Joan. 24.

Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.

CONCIO.

Ex Pſ. 21. & alijs.

Quid per granum frumenti intelligatur.

Triplex eſt explicatio.

PRima eſt literalis, & genuina de Chriſto, quò ſenſu Joan. 12. Ipſe Chriſtus de ſe iſta verba protulit, quaſi dicat: niſi ego velut granum frumenti in terram ſeminatum cadens emoriar, fructum redemptionis generis humani non proferam conformitèr illi Iſaiæ 53. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum.*

Hunc ſenſum S. David prophetico Spiritu, Pſ. 21. tanquam fructum paſſionis Chriſti prædixit à v. 23. & deinceps. part. 1. pag. 136. & ſeqq.

Secunda eſt moralis de S. Laurentio, & aliô quôvis Chriſti imitatore, quem Chriſtus ſequentibus verbis non minus ſignificat: *qui amat animam ſuam, &c. & ſi quis mihi miniſtraverit, me ſequatur, &c.* quæ S. Laurentio rectè applicantur ab Eccleſiâ, ut quem Deus per ignem tribulationis, & Martyrij quaſi ad Lydium lapidem probavit, & invenit geminum ſuum, & dignum ſe miniſtrum juxta, v. 4. Pſalmi 16. pag. 90. & v. 2. Pſ. 25. eâd. part. pag. 158. & v. 3. Pſ. 11. eâd. part. pag. 68.

Tertia

Tertia item moralis eſt, & accommodatur in Epiſtolâ feſti eidem S. Laurentio ab Eccleſiâ, ejusque miſericordiæ, & beneficentiæ erga pauperes, in quos theſauros Eccleſiæ erogavit, quæ deſcribitur ijsdem Epiſtolæ verbis. Pſ. 111. v. 9. part. 3. pag. 220. Cui etiam addi poteſt. Pſ. 125. v. 6. & ſeqq. part. 3. pag. 428. & ſeq.

IN FESTO ASSVMPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Ex Evang. Luc. 10.

Maria optimam partem elegit.

CONCIO PRIMA.

Ex Cantico Magnificat.

Pars optima in Virgine Maria maternitas Dei, & Gloria Cæleſtis, & quomodo eam elegerit Beata Virgo.

I. QUod maternitas Dei ſit operum divinæ potentiæ maximum, & Virgini glorioſiſſimum habetur medit. 9. in Cantici Magnificat v. 3. & S. Th. Auguſt. &c. PP. vid. punct. 2. dictæ medit. part. 4.

II. Ad hanc tametſi potius electa à Deo, & evecta fuerit Virgo, dici tamen poteſt, quod eam elegerit ipſa, etiam, mediante humilitate ſuâ, ſeu tanquam in medio, Eidem enim humilitati adſcribit illam ſuam exaltationem, ibid. punct. 2. ad v. 3. *quia reſpexit.*

III. Ubi ex S. Bern. & Ruperto & alijs Patribus perappoſita afferuntur huic

III. Propter eandem humilitatem conſecuta quoque eſt, ut exaltata ſit ſuper omnes choros Angelorum in Cœleſtibus Regnis, quæ eſt altera pars optima, de quo ibid. in affectu, qui poſt prima verba. v. 3. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ ponitur.*

PRO

PRO EOD. FESTO ASSVMPT. B. V.

Ad eadem verba.

Maria optimam partem elegit.

CCNCIO SECUNDA.

Ex Pſ. 44.

Optima Sors Beatiſſimæ Virginis quod Mundi Domina, Angelorumq; Regina ſit.

QUæ de Regina Sponſa Chriſti; quam Eccleſiam eſſe diximus medit. 47. in Pſ. 44. punct. 2. part. 1. à pag. 349. & deinceps aſſeruntur ad v. 11. & ſeqq. Beatiſſimæ Virgini elevatæ ſuper choros Angelorum accommodari non difficultèr poſſunt. Ut

I. Quod Aſſiſtat à dextris Regis Sponſi. pag. 349.

II. De veſtitu ejus deaurato. pag. 350.

III. De ejus adoratione, & munerum oblatione. pag. 354. & 355.

IV. De decore, & pulchritudine interna. pag. 156. & 157.

V. Quod Virginum Regina ſit & primiceria. pag. 358.

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI.

Ex Evang. Luc. 6.

Erat pernoctans in oratione.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 118.

Nocturnæ oratio exemplo Chriſti Eccleſiæ, & SS. benè uſitata.

I. LAudat quidem Dei providentiam S. David à viciſſitudine noctis, & diei Pſ. 103. quod dies labori hominum, nox evagationi ferarum ab illa ſit attributa. vid. part. 3. pag. 82.

II. Ipſe

II. Ipſe tamen nihilominus mediâ nocte ad laudes Deo dicendas ſe ſurrexiſſe profitetur, Pſ. 118. v. 62. Cujus versûs expoſitio moralis ex S. Auguſt. etſi afferatur, pag. 318. approbatur tamen communior literalis.

III. Juxta quam ab Eccleſia, & SS. ſurgendi de nocte ad pſalmodiam nocturnam benè inſtituta eſt conſuetudo. ibid.

IV. Cujus conſuetudinis, & nocturnæ orationis præter exemplum Chriſti afferuntur rationes diverſæ devotæ, & non ineruditæ, ibid.

V. Denique exemplum, & ſingularis devotio S. Davidis, v. 55. *memor fui nocte nominis tui*, exod. Pſ. addi poteſt. Cujus verſiculi expoſitio ex SS.PP. devota, & non inelegans eſt. part. 3. pag. 312.

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Exijt Jeſus in montem orare.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 19.

Cauſa orationis Chriſti electio Apoſtolorum, cui negotio tam arduo præmiſſa oratio.

DOcet exemplo Chriſti medit. 21. in Pſal. 19. modum, & præparationem ad arduum aliquod negotium pro Deo aggrediendum. part. 1. pag. 121. Et

Primò. Quid ante illud agendum, & quomodo per orationem cum Deo communicandum.

Secundò. In executione ipsâ quid obſervandum.

Tertiò. Quomodo impedimenta removenda, vel quæ bono ſucceſſui obſtare poſſunt. ibid. pag. 121. & ſeqq. ad quæ ea, quæ Chriſtus egit in Evangelio Feſti hujus, facilè applicari poſſunt.

Notandum.

In nonnullis Diæceſibus non legi Evangelium ſuperius ſecundum ritum Romanum, ſed illud, Luc. 22. *Facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur major.* Ex quo, ſuper themate hoc: *qui major eſt ex vobis, fiat ſicut minor.* Conciones huc transferri poſſunt.

I. Ex Dominicâ 3. poſt Epiphan. tertia cum adnotatis poſt eam.

II. Ex Dominicâ undecimâ poſt Pentecoſt. Concio prima, ſecunda, tertia.

IN FESTO NATIVITATIS B. M. V.

Ex Evang. Matth. 1.

Liber generationis Jeſu Chriſti.

CONCIO.

Ex Cantico Magnificat.

Chriſti genealogiam Miſericordiæ, & fidelitatis divinæ præconium eſſe.

ITa in Cantico ſuo Magnificat teſtatur, & canit Beatiſſima Virgo, v. 9. & 10. *Suſcepit Iſraël puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ: Sicut locutus eſt ad Patres noſtros Abraham, & ſemini ejus in ſæcula.* Quibus

1. Ad beneficium Incarnationis Iſraëliticam gentem ſuam aſſumptam memorat juxta genealogiam Evangelij.
2. Idque ex merâ miſericordiâ quam luculentiſſimè Deus teſtatus in hoc fuit. Et
3. Ex fidelitate quâ id primis Patribus promiſit. Conſonat his ſuo in Cantico *Benedictus Dominus Deus Iſraël*, Zacharias v. 2. & 3. vid. medit. 8. punct. 1. parte 4. Exponuntur autem ſupra dicta latius medit. 9. punct. 3. in v. 9. & 10. parte 4. appendicis.

IN FESTO S. MATTHÆI.

Ex Evang. Matth. 9.

Jeſus vidit hominem ſedentem in telonio.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſalmis diverſis.

Dei aſpectus erga homines diverſus.

I. Alius enim eſt erga pœnitentes, & bonos, alius erga improbos, & impœnitentes, ut inſinuat David, Pſ. 33. v. 15. & 16. vid. part. 1. pag. 237.

II. Aſpectus in pœnitentes benignus facit eos cognoſcere peccatum, & deflere, uti accidit S. Petro, S. Magdalenæ, Davidi, Matthæo. Vid. Pſ. 50. v. 4. part. 1. pag. 432. atque idcirco pro hoc orat David, Pſ. 118. v. 131. vid. part. 3. pag. 367. & 369. & ne ab hoc rejiciatur. Pſ. 50. v. 2. part. 1. pag. 456. & ſeq.

III. Erga impœnitentes, & improbos eſt ſeverus in vindictam, ex Pſ. 33. v. 16. cit. pag. 231. quem deprecatur David, Pſ. 50. verſ. 10. part. 1. pag. 452.

IV. Erga bonos, humiles præſertim planè gratioſus & favorabilis eſt, ut citato Pſ. 33. v. 15. pag. 231. explicatur. Et S. Virgo quoad humiles in Cantico *Magnificat* deprædicat, v. 3. vid. part. 4. medit. 9. in Magnificat. punct. 2.

V. Ex his deduci poteſt, quod promiſerat David tanquam cauſam horum affectuum ſectandum, timorem Dei nobis eſſe, Pſal. 33. part. 1. pag. 230.

Vide etiam medit. in Pſ. 97. quæ inſcribitur *Oculus Domini ſuper juſtos, & injuſtos.* part. 2. pag. 385.

IN FESTO S. MICHAELIS, ET SS. ANGELORUM.

Ex Evang. Matth. 10.

Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.

CONCIO.

Ex diverſis Pſalmis.

De Angelorum excellentiâ, noſtri cuſtodia, & in Deo laudando imitandi ſtudio.

I. SUmmarium perfectionum Angelorum, & præconiorum continetur. part. 4. medit. 1. punct. 4. in Cantic. *Benedicite omnia opera.* v. 2.

II. Eorundem verò cuſtodia erga nos, in Pſ. 90. v. 11, & 12. p. 2. pag. 364. & Pſ. 33. v. 7. part. 1. pag. 227.

III. Eorundem imitatio maximè in laude Dei, ex Pſ. 137. v. 2. part. 3. pag. 503. & pag. 601.

Item part. 4. meditatione ultimâ *in Gloriâ Patri.* punct. 1.

IN FESTO SS. APOSTOLORVM SIMONIS, ET JUDÆ.

Ex Evang. Joan. 15.

Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret; quia verò de mundo non eſtis, odit vos mundus.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 9.

Ob mundi abominationes odium, & fuga ejusdem.

I. QUid mundi nomine intelligat Chriſtus, vide punct. 1. medit. 10. in Pſ. 9. part. 1. pag. 56.

II. Quàm abominanda ſint mundi ſtudia, & flagitia. ibid. punct. 2. pag. 57. & ſeqq.

III. Quibus medijs contra tam perverſa mundi ſtudia, ejusque amorem erigi, & armari poſſimus. ibid. part. 3. pag. 59. & ſeqq.

PRO

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Ejuſdem argumenti fieri poteſt.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 15.

Contra iniquas mundi oppreſſiones bonorum.

I. Eæ in figurâ proditoris Docius deſcribuntur. part. 2. pag. 8. & ſeq.
II. Adduntur juſtæ pœnæ, & vindictæ Dei in oppreſſores ejusmodi. ibid. pag. 10.
III. Contra juſtorum eximij fructus ex iniquâ oppreſſione orti enarrantur. pag. 121.

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem odio habuit.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſal. 2.

Exemplo Chriſti ferendæ mundi perſecutiones.

I. Comparantur mundi ingratitudo, & Bonitas Dei in Chriſto Salvatore miſſo. punct. 1. part. 1. pag. 8.
II. Ingratorum erga Chriſtum irriti conatus recenſentur. pag. 12.
III. In eosdem vindicta Dei. ibid. pag. 13.

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

Ex Evang. Matth. 5.

Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 131.

Manſuetudo Deo gratiſſima.

I. Ideò primam inter merita ſua allegat coram Deo David, Pſal. 131. citat. part. 3. pag. 462.

 II. Ob

II. Ob eandem & Moyſes Deo gratiſſimus fuit. ibid.
III. Exempla manſuetudinis Davidicæ, cui aſſociatur patientia, & longanimitas ejusdem, ibid. indicantur ſtrictim.
IV. Ejusdem manſuetudinis Davidicæ proteſtatio coram Deo cum execratione ab eod. factâ. Pſ. 7. v. 3. & 4. part. 1. pag. 40.
V. Favor Dei erga manſuetos. Pſ. 24. part. 1. pag. 153.

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Beati mundo corde.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 31. & 118.

Cordis mundities beatitudo noſtra.

I. BEatos mundo corde utroque Pſalmo pronunciat David. Pſal. 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* & Pſ. 118. *Beati immaculati in viâ*, v. 1. quo tum hujus, tum alterius vitæ beatitudinem in puritate conſtituit. part. 3. pag. 268. & ſeq.
II. Gradus ejusdem puritatis affert. Pſ. 31. part. 1. pag. 206.
III. Nec non media. pag. 208. ibid.
IV. Denique effectus ejusdem puritatis addit. pag. 213.

PRO EOD. FESTO.

Ex eod. Evang.

Quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum.

CONCIO TERTIA.

Ex diverſis Pſalmis.

Sanctorum omnium beata merces Regnum Cælorum.

ETſi regnum illud Cœlorum, quod Sanctis omnibus in mercedem promittitur admirari magis liceat cum Eccleſiâ: *O quàm glorioſum eſt*

eſt regnum, in quo cum Chriſto gaudent omnes SS. &c. quàm eloqui, cum, teſte Apoſtolo, nec in cor hominis aſcendere queant, quæ in illo præparavit Deus diligentibus ſe. Ea tamen utcunque adumbrat S. David.

I. Pſ. 83. v. 1. 2. 3. 4. item v. 11. & 12. additis ex S. Auguſtino affectibus. vid. medit. 85. in hunc Pſalmum. part. 2. pag. 277. & ſeqq.

II. Item Pſ. 121. v. 1. 2. 3. 4. 5. & ſeqq. vid. medit. 134. in hunc Pſalmum. part. 3. à pag. 401. & deinceps. junctis S. Auguſtin. verſibus.

III. Item Pſal. 149. v. 5. 6. 7. 8. 9. 10. vid. medit. 162. punct. 2. part. 3. pag. 609.

IV. Præcipuè verò Pſal. 35. part. 1. pag. 250. Vid. Conc. ſeq.

PRO EOD. FESTO.

In eadem verba.

Ipſorum eſt regnum Cœlorum.

CONCIO QUARTA.

Ex Pſal. 35.

I. HOc Pſalmo exaggerat David miſericordiam Dei in hominibus ingratis, & peccatoribus (quos ante deſcribit) juſtificandis, & beatificandis. part. 1. pag. 294.

II. Beatitudinem, & gloriam cœleſtem præclariſſimè deſcribit. ibid. pag. 256.

III. Pericula excidendi ab hâc beatitudine, & perſeverantia cavenda detegit oppoſita octo beatitudinibus.

IN COMMEMORATIONE ANIMARUM, SEU FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Ex Lectione libr. 2. Machabæor. cap. 12.

Sancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare.

CONCIO.

Ex Pſ. 129.

Ex *abyſſo pœnarum emiſſus clamor.*

I. HUnc Pſalmum Eccleſiam frequentèr in officio, & oratione pro defunctis non immeritò uſurpare oſtenditur in ejus argumento præfixo. part. 3. pag. 446.

II. Continet clamorem ex profundiſſimâ abyſſo pœnarum ſive orationem animarum ad Deum, vel Eccleſiæ earum nomine, ſive earundem etiam ad Chriſtianum populum juxta illud: *Miſeremini mei, miſeremini mei*, &c. Cujus orationis fervor, & intentio additur. ibid. & pag. 447.

III. Pœnarum acerbitas ex culpæ, & peccati gravitate penſatur. ibid. pag. 448. & ſeq.

IV. Nihilominus fiducia remiſſionis earum oſtentatur fundata in miſericordiâ Dei, & meritis Chriſti Salvatoris, quæ invocari, & applicari ſibi optant.

Videri etiam poteſt, medit. 117. Pſ. 114. part. 3. pag. 237.

IN FESTO PRÆSENTATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Ex Evang. Luc. 11.

Beatus venter qui te portavit.

CONCIO PRIMA.

Ex Cantico Magnificat.

Meritò beatam ab omnibus prædicari Beatiſſimam Virginem.

PRopheticæ prædictioni de ſe ipsâ ſuo in Cantico: *Beatam me dicent*, ſuffragatur exclamatio hæc Mulieris. Quæ autem generationes, & quas ob cauſas meritò Beatam pronuncient Beatiſſimam Virginem. Vide part. 4. medit. 9. in Canticum Magnificat. punct. 2. ad v. 3.

PRO EOD. FESTO.

Ex eodem Evang.

Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 118.

In verbo, & lege Dei cuſtodienda beatitudo noſtra.

VId. Concionem tertiam in Dominicam 3. Quadrageſimæ.

Idem

Concionem ſecundam in feſto omnium Sanctorum.

IN FESTO S. ANDREÆ.

Ex Evang. Matth. 4.

Faciam vos fieri piſcatores hominum.

CONCIO.

Ex Pſal. 68.

Officium Apoſtolicum quod eſt piſcari, & convertere homines quàm ſit nobile.

VIde Concionem ſecundam in Dominicâ quintâ poſt Pentecoſt.

Notandum.

Cum feſtum S. Andreæ Dominicæ primæ adventûs vicinum eam nunc ſequatur, nunc præcedat, pro arbitrio poni poſſe vel primum in anno Eccleſiaſtico, qui ab adventu incipit, vel ultimum, uti hîc illud poſuimus dantes primas feſto Conceptionis Beatiſſimæ Virginis.

CON-

CONCIONATORIS EXTEMPORALIS,

Ex Psalmis.

PARS TERTIA.

CONCIONES

Pro

Communi Sanctorum.

PRO COMMVNI APOSTOLORVM.

Ex Marc. & Matth. ultim.

Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni Creaturæ.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 18.

Apoſtoli Cœlis comparantur, & doctrina eorum Soli.

PSalmum decimum octavum ſenſu allegorico Apoſtolis, & Prædicatoribus etiam ipſe S. Paulus Rom. 10. attribuit ipſis ſc. quoad primam partem. & quoad ſecundam Legi Evangelicæ S. Auguſt. uti traditur in argumento citati Pſalmi. part. 1. pag. 110.

Digitized by Google

Iuxta hanc expoſitionem Concio laudat:

I. Tum ipſos prædicatores Apoſtolos, tum eorum prædicationem, & doctrinam, & Cœlis ſimiles eſſe oſtendit Apoſtolos ob variam rationem ex Bellarm. allatam pag. 111.

II. Ipſorum verò prædicationem ſimilem eſſe facit Cœlorum concentui, ob inceſſabilitatem, & continuationem ſive per ſe, ſive per ſuos ſucceſſores, nec non propter univerſalitatem ejus. ibid. pag. 110. donumque linguarum, quo ad omnium gentium notitiam eorum prædicatio pertigit. ibid. pag. 110. & ſeq.

III. Lex verò Evangelica, quam prædicarunt, non ſolùm Cœlo, ſed ſoli ipſi in decem prærogativis comparatur, & antefertur, comparatione non in eleganti. ibid. pag. 112. & ſeq.

PRO EOD.

Ex Matth. 4. & Marc. 1.

Faciam vos fieri piſcatores hominum.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 68.

Officium Apoſtolorum principale.

VIde Concionem ſecundam in Dominicâ quartâ poſt Pentecoſt. & quæ poſt eam annotantur.

II.

PRO COMMVNI EVANGELISTARVM.

Ex Evang. Luc. 10.

Dicite illis: appropinquavit in vos Regnum Dei.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 18.

Legis Evangelicæ per Evangeliſtas ſcripto traditæ præconium.

CHriſti mandato 72. diſcipulis apud S. Lucam: *dicite*, &c. Obſecuti ſunt Evangeliſtæ non voce ſolùm, ſed calamo etiam quæ eorum peculiaris, & ingens in Eccleſia eſt glòria.

Hujus

Hujus Legis Evangelicæ præconium Pſ. 18. à v. 5. præclarè decantatur, & Lex illa Soli comparatur; juxta conc. ſuperiorem florido diſcurſu. Quæ Laus Legis in ipſos ejus ſcriptores Evangeliſtas non immeritò derivatur, vid. part. 1. medit. 19. punct. 2. pagin. 112. & ſeqq.

RRO EOD.

Ad eadem verba, Luc. 10.

Appropinquavit in vos regnum Dei.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 118.

Amor, & Zelus Legis Evangelicæ.

ENituit hoc præſertim in Evangeliſtis, ut de ſe gloriari poſſint cum Davide, & de ſe pronunciare ea:

I. Quæ habentur Pſalmi 118. citati v. 97. 98. 99. 110. &c. usque ad 1 quæ latiùs explicata, vid. part. 3. pag. 344. & ſeqq. usque pag. 349.

II. Quæ habentur ejusdem Pſalmi. v. 128. usque ad v. 136. ib. pag. 36 & ſeqq.

III.
PRO COMMVNI VNIVS MARTYRIS.

Ex Evang. Luc. 14.

Qui non bajulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

CONCIO.

Ex Pſal. 24.

Patientia Martyrum ad Chriſti imitationem.

I. PErfectæ patientiæ exemplar exhibent quæ Pſalmo citato à v. 1 habentur usque ad v. 20.

II. Ejusmodi exemplar propoſuit ſe Chriſtus in figurâ Davidis imitandum omnibus Chriſtianis præſertim Martyribus. part. 1. medit. 36. punct. 2. pag. 238. & ſeqq.

III. Quod in paſſione, & martyrio ſuo præclarè expreſſerunt SS. Martyres, ut & ipſi nobis proponi patientiæ exemplar poſſint. ibid.

IV. Unde meritò gloriam meruerunt, & ſolennem pro eo gratiarum actionem à nobis. v. 31. pag. 245.

Vid. etiam Concionem ſecundam in feſto S. Jacobi de calice paſſionis, ex Pſ. 115.

IV.
PRO COMMVNI PLVRIVM MARTYRVM.

Ex Evang. Luc. 21.

Cum audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri.

CONCIO.

Ex Pſal. 2.

Inanes hoſtium Chriſti contra Eccleſiam, & Legem Evangelicam, machinationes.

I. DEſcribit machinationes illas cum admiratione. Pſ. 2. qui in feſtis martyrum legi ſolet, init. part. 1. pag. 12. v. 1. 2. 3.

II. Earum inanitatem ſubjungit. v. 4. & ſeq. ibid. cauſa addita quia Chriſti ſummi Regis nutu, & authoritate prædicata lex Evangelica.

III. Tandem converſionem prædicit gentium, Regumque earum per orbem univerſum, ad eamque hortatur cum interminatione iræ Chriſti in die Judicij. ibid. pag. 16. ſeq.

V. PRO

V.

PRO COMMVNI CONFESSOR. PONTIFICVM.

Ex Evang. Matth. 25.

Euge ſerve bone, & fidelis.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſal. 122.

Bonorum ſervorum qualitates.

QUomodo inter hujus peregrinationis adverſa SS. Confeſſores bonorum ſervorum oculos in ſuos ſemper Dominos intentos imitati ſint, vid. part. 4. medit. 135. punct. 1. pag. 411. 412. 413.

PRO EOD.

Ex eodem Evang.

Intra in gaudium Domini.

CONCIO SECUNDA.

Ex Pſal. 121. & alijs.

Fidelium Dei ſervorum beata merces; quæ eſt poſt hujus vitæ peregrinationem cæleſtis beatitudo.

I. HAnc ſub vitæ finem lætâ ſpe præcipiunt magnô ſuô ſolatiô cum S. Simeone: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine*, &c. Fideles ſervi Chriſti verſum 1. & 2. ſibi accinere jure poſſint. part. 3. pag. 401. & ſeq. & Pſ. 41. v. 1. 2. 3. 4. 5. part. 1. pag. 314. & ſeqq.

II. Hanc re ipsâ experiuntur poſt mortem, & deprædicant propter ingentia bona quæ allegoricè deſcribuntur à v. 3. & deinceps. ibid. pag. 403. & ſeqq.

III. De

Digitized by Google

III. De hâc gratias agunt per v.3.4. & ſeqq. Pſ. 60. part. 2. pag. 75. & ſeq.

IV. Ad hanc è Cœlis hortantur nos, tum Deum ſecum laudemus, per v. 8. Pſ. 33. part. 1. pag. 126. tum ſecum experiamur eandem beatitudinem per v. 8. ibid. âdhibitis medijs quæ ſeqq. verſibus afferuntur. ibid. pag. 228. & ſeqq.

VI.
PRO COMMVNI CONFESSORVM NON PONTIFICUM.

Ex Evang. Luc. 12.

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

CONCIO.

Ex Pſal. 1.

Veri Confeſſoris, & viri juſti idea.

Istô gemino præcepto Chriſti de lumbis præcingendis, & lucernis ardentibus geſtandis, ut benè obſervat S. Fulgent. Sermone de Confeſſ. duo generalia Chriſtianæ Juſtitiæ officia continentur, & commendantur: *Declina à malo, & fac bonum*, quemadmodum pluribus de hoc diſcurrit S. Fulgent. cit. Sermon. qui in octavâ Confeſſ. non Pontificum legitur, juxta quæ S. David, Pſ. 1. exemplar, & Ideam nobis proponit Confeſſoris, & viri juſti.

I. Quoad hæc duo officia enumeratis eorum partibus, & gradibus. v. 1. & 2. part. 1. pag. 5. & 6.

II. Ejuſdem viri beatum ſtatum in hâc vita eleganti comparatione cum arbore fructiferâ deſcribit. ibid. pag. 7. & 8.

III. Denique ejuſdem poſt hanc vitam beatitudinem indicat per comparationem à contrario injuſtorum ſtatu vel per oppoſitionem. pag. 9. ibid. quæ accommodare cuivis difficile non erit.

VII. IN

VII.
IN COMMVNI VIRGINVM.

Ex Evang. Matth. 25.

Simile eſt regnum Cœlorum decem Virginibus, quæ exierunt obviam Sponſo & Sponſæ.

CONCIO.

Ex Pſal. 44.

Virginitatis prærogativæ, & præconia.

I. HAbent Virgines in comitatu Sponſi, & Sponſæ Chriſti (quæ eſt Eccleſia) principem locum. Ex v. 16. Pſ. cit. part. 1. pag. 357. Cujus verſûs expſitiones ſunt quidem & aliæ, quæ adduci poſſunt, ſed hæc ut literatior, ibid. notatur.

II. Habent Beatiſſimam Virginem, quæ Regina, & Sponſa eſt etiam, non ſolùm ut Dominam, cujus ipſæ pediſſequæ ſunt, ſed etiam primiceriam, & exemplar ex S. Ambroſ. & Hieron. pag. 358.

III. Habent præ ceteris feſtivum magis comitatum, & lætiorem in palatium, ſeu templum Regis ingreſſum, etiam quoad hanc vitam. pag. eâd. & ſeq.

IV. Habent quoad alteram vitam prærogativam præ omnibus Sanctis peculiarem ex apoc. 14. ut ſequantur agnum quocunque ierit, & cantent canticum quod nemo alius canere poteſt præter ipſas.

In quæ affertur elegantiſſimus locus, & parænesis ſuaviſſima S. Auguſtini ad easdem Virgines. pag. 359.

VIII.
PRO COMMVNI NON VIRGINVM.

Ex Evang. Matth. 13.

Inventâ unâ pretioſâ margaritâ vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.

CONCIO.

Ex Pſ. 72. & 117.

Margaritam pretioſam Dei, divinæque legis amorem eſſe, pro quo omnia aſpernanda.

I. HUnc ſenſum indicat Eccleſia in reſponſorio lectionis octavæ de Communi non Virginum, pro quo Virgines, & aliæ ſanctæ mulieres omnia contempſerunt his verbis: *Regnum mundi, & omnem ornatum ſæculi contempſi propter amorem Domini mei Ieſu Chriſti, &c.* quod cani etiam ſolet à monialibus ordinem religioſum intrantibus.

II. Hoc docet exemplo, & verbo faciendum eſſe David; Pſ. 72. v. 25. 26. 27. 28. vid. part. 2. pag. 188. & ſeq.

III. Et quia probatio hujus dilectionis exhibitio eſt operis, & Lydius lapis veri amoris æſtimatio, & obſervatio divinæ legis eandem non minus omnibus anteferendum eſſe amanti Deum animæ tradit. Pſ. 118. v. 72. vid. part. 3. pag. 325. Et v. 126. & 127. vid. pag. 362. cum adjuncto affectu. pag. 363. Et v. 111. vid. pag. 351. & ſeq. cum affectu adjuncto. pag. 353.

IX.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

Ex Evang. Luc. 19.

Quærebat videre Jeſum.

CONCIO PRIMA.

Ex Pſ. 41. & Cantic. Simeonis.

Deſiderium videndi Chriſtum unde oriatur, & quale eſſe debeat.

I. DOcet id ex ſimilitudine Cervi. Pſ. 41. v. 1. 2. 3. vid. medit. 44. in dictum Pſalmum, punct. 1. part. 1. pag. 314. & ſeqq.

II. Quale deſiderium Chriſti videndi in S. Simeone fuerit, habetur, part. 4. medit. 10. punct. 1. in Canticum *Nunc dimittis*.

IN EAD. DEDICAT.

Ex eod. Evang.

Non poterat præ turbâ.

CONCIO SECUNDA

Ex Pſal. 118.

Impedimenta cognoſcendi Chriſtum, ejusque legem.

AFferuntur 7. minimum dicti Pſalmi verſ. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 25. Vid. medit. 122. punct. 1. & 2. part. 3. à pag. 281. & deinceps.

IN EAD.

Ex eod. Evang.

Suſpiciens Jeſus vidit illum.

CONCIO TERTIA.

Ex Pſalmis diverſis.

Gratioſus Dei aſpectus erga peccatores.

VIde Concion. primam in feſto S. Matthæi.

IN

IN EAD.

Ex eod. Evang.

Quia ſtatura puſillus erat.

CONCIO QUARTA.

Ex Cantic. Magnificat, &c.

Parvos, & humiles reſpici à Deo.

I. TEſtatur id Beatiſſima Virgo in Cantico ſuo, v. 3. quem duplici ſenſu explicatum. Vid. part. 4. medit. 9. punct. 2. Et

II. Anna in ſuo. Vid. part. 4. punct. 2. in v. 3. & 4. & ſeqq. præſertim. v. 11. & 12.

III. S. David Pſ. 112. v. 5. 6. 7. Necnon Pſal. 137. v. 7. Item Pſ. 10. v. 5.

IV. Vide etiam Concion. 3. pro Dominic. tertia poſt Epiphan. & Concion. ſecundam & tertiam poſt Dominic. primam poſt Pentecoſten.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

3-2-1

Digitized by Google

BIBLIOTECA